

147



8.

L. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE

TRIBUTIS,

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

Ex Decreto & auctoritate

Magnifici ac Nobilissimi Jctorum Ordinis
in illustri Jenensi Academia

SUB PRÆSIDIO

VIRI Magnifici, Nobilissimi atq; Consultissimi

DN. CHRISTOPHORI PHILIPPI

Richter / J. U. D. Comit. Palat. Cæsar. Codicis
Professoris Publ. Consiliarij Saxonici, Facultatis Juridicæ Se-
nioris, Curia Provincialis & Scabinatus Adfessoris, celeberrimi, emi-
nentissimi, gravissimi: Promotoris ac Patroni sui
observanter colendi,

pro

LICENTIA

Summum in *UTROQUE JURE* Nobilis Doctrinæ
gradum, ejusdemque Honores, Privilegia & Insignia,
competenter ac ritè consequendi,

Publico examini submittit

FRANCISCUS JULIUS CHOPIUS

RAZEBURG. SAXO.

JENÆ in Auditorio Juridico

ANNÔ à nato Servatore M DC LI.

ad diem 14. Februarii, horis solitis.

Excudebat GEORGIUS SENGENWALD.





VIRIS

*Nobilissimis, admodum Strenuis, Pracellentissimis,
Consultissimis, Spectatissimis, Prudentissimis*

STATIBUS PROVIN-
CIALIBUS DUCATUS
SAXONIAE INFERIORIS,

Dominis Patronis, fautoribus, amicis atq; conci-
vibus meis multo obsequii cultu prosequendis

S.

UT aliis quibusdam meis, dum in hoc studiorum meorum Acade-
micorum versor cursu, Celsissimo Patria nostra Principum Nomen pre-
fulgere non ita pridem in exoptatissimis habui; Ita, Viri, genere, virtu-
te, rerumq; usu Nobilissimi atq; Spectatissimi, nunc quidem in primis duxi, qua
modo hic cernitis singulari sine proposita themata, vestris exhibere honorata
insignibus, vestro condecorata nomine. Decere, natura ipsa edoceor, quemli-
bet bonum, praemultis patriam amare eandemq; colere. Patriam autem cum
demum, opinor, recte aliquis colet, ubi & caput ejus potestatemq; principem ini-
bi cupit cum fecilitate gloriosam, & quae praecipua ejus columina sunt, salva
exoptat atq; florentia; de ceteris civilis hujusce corporis membris facile secu-
rus, quod pari cum his fortuna sint usura. At, Viri Honoratissimi, Specta-
tissimi, boni quotquot favetis bonis, quoniam in his, qui patriam verè ac im-
pensè amant coluntq;, dudum ego nomen quodq; profiteor meum, vel nemini eâ
in recessurus, dum spiritus hos trahit artus; nihil est, quod magis contestatum
vobis cupiam, quàm quod in ijs usq; sim & ego, cui juxta felicitatem ac gloriam
Illustrissimorum nostrorum Principum, vestra quoq; salus ac prosperitas nun-
quam non versetur in ardentissimis votis. Valete. Dabam Jena, 14. Fe-
bruarij, Anno 1651.

V.

Officiosiss.

Franc. Julius Chop.





A. D.

DE TRIBUTIS

Juridicæ Positiones Centum.

I.



Iquæ sunt bono Rerumpub. ne-
cessaria multumque utilia, in his certè locum,
sibi vindicabit cura ærarii pecuniæque publicæ.
docet id rerum usus, & huic applicata ratio; ob-
servant facile quilibet prudentes civitatum mo-
deratores; laudant plurimum civilis sapientiæ
cultores. Aristoteli certè, lib. 7. polit. cap. 4. in-

Nervus
quidam
insignis
rerump.
vis æra-
rii est.

ter cæteras, quas ordine memorat societatis civilis necessitates,
ἡ εὐπορία τῶν χρημάτων, copia quedam pecuniarum, quoque desi-
deratur, *ad usus Reipub.* (ut ipse declarat) *& civiles & militares.*
Hunc præiuit Plato lib. 10. de LL. Excepit eleganti dicto Cicero:
Pecuniam publicam statuens esse, in quâ *Nervus* consistat *rerum*
gerendarum. Cui similia dicit prudentissimus Imperatorius Con-
siliarius in l. 1. §. 20. ff. de quæstionibus; & Imperator ipse Leo in
Lege suâ Novella 52. autumantes omnes id quod res est; Nimi-
rum, id præstare corpori civili pecuniæ publicæ copiam, quod
corpori animantium vis atque integritas nervorum: robur nem-
pe facultatemque, & tutandi sese suaque adversus iniquitates
quorumlibet maligne occurrentium, & agendi gerendique expedi-
tius, quæcunque visa sunt proficua futura. Hinc itaque por-
rò media hujus habendæ copię, pariter commendatissima
videas civiliter prudentibus, vel præcipuè intributiones hoc no-
mine celebrantibus. ubi quidem taceri minime debet gravissi-
mi Taciti judicium, quietem gentium in hac basi fundantis;
Nec quies Gentium, inquit hic, lib. 4. historiæ suæ, *sine armis; neq;*

à prudē-
tibus stu-
diosè
commē-
data, &
ipsa

& ejus
colle-
ctio,

A

arma



per ra-
tiones,

arma sine stipendiis; neq; stipendia sine tributis haberi queunt. Justinianus noster, quando in Nov. suâ constit. 161. cap. 2. *unam hanc rem sua potentia studio esse commendatam autumat, ut provinciæ & bonis gubernentur legibus, & tutò inhabitentur,* pro fine hoc obtinendò, necessitatem simul atque utilitatem intributionum hòc modò gravissimè edocet: *Non aliter, inquit, conservare licet Rempub. nisi pientissimæ præstationes importentur in publicum; ex quibus & militares nutriuntur copia, ut resistatur hostibus, & per agros ac urbes agantur excubie: perfruantur item reliqui ordines a tributis sibi salariis, reparentur muri & urbes, demq; omnia alia proveniant, quæ communem subditorum utilitatem concernunt.* Eadem penè hæc idem legislator repetit, vel potius ante quoque exhibuerat, Nov. 149. c. 2. Quid cultiores pleræque gentes, harumq; prudentiores moderatores circa eandè hanc ærarii pecuniæq; publicæ collectionè, observarint olim hodieq; observent, nò attinet multis memorare. vel unum pro omnibus ex antiquitate exemplum, illustre nimirum Romanorum illud, satis posset esse, specimen locò inspexisse: quorum quidem in hac re solertiam, jam inde ab ipsorum incunabilis memorant politissimi romanarum rerum scriptores, Dionys. Halicarn. Titus Livius, Cornelius Tacitus, & reliqui passim. inculcante nobis insuper eandem ipsorù sedulam observantiam, vel ad nauseam usque, quam hodieque suspicimus, eorum Jurisprudentiâ. De aliis gentibus similia memorant alii; Deque similibus modernis per orbem terrarum moribus, pervulgata rerum testatur experientia. Re per eas maximè respub. tum olim tum hodiè pervalescente, in quibus lautior, splendidiorq; civium victitandi ratio obtinuit, aut hodièque obtinet. & in quibus tum illa quæ antea ex Justinianò memorabantur, tum alia in salutem Reipubl. expedienda, pecuniâ publicâ; non verò gratis ac viritim ab ipsis civibus peragi ac administrari moris est.

Et obser-
vantiam
ipsam

Fontes
horùq;
meatus,
unde pe-
cunia
hec solet
corriva-
ri,

II. Quod autem in universum fontes attinet fodinasque, unde quàm commodissimè simul atq; justissimè (jus enim & æquum, ut ubivis, ita hic quoque regnum, sibi vindicare habet.) hæc pecuniarum in publicum corrivatio queat fieri, hic rerum gerendarum nervus erui: sunt illæ quidem genere plures, quas ferè

ferè communis Rerumpub. usus huic fini aperire apertasque ob-
tinere solet. Et in his quasi primò locò *Bona immobilia* quædam, **Reditus**
quæ ad hoc segregari, constitui ac destinari solent, ut proventus **sunt bo-**
eorum omnis vel pars ejusdem, Reipub. ejusquè Majestati ma- **norum**
neat; cujusmodi sunt, ut & in Romanò Imperiò erant, fundi fi- **reip. im-**
scales, qui appellantur, *de quibus tit. 61. Et seqq. lib. 11. C. agitur, &* **mo Jiliù.**
si quæ huic generi bonorum adsimilare convenit, veluti salinæ,
fodinæ metallicæ *l. 17. §. 1. de V. S. arg. l. 8. §. 8. de pœnis. l. 13. de publi-*
can. cap. quæ sunt regalia, in Usib. Feud. moneta, l. pen. C. de falsar.
monet. d. cap. 11. F. juraque similia proventum publicum augen-
tia, lege vel consuetudine inter regalia, ac reservata Reip. bona
computata. Sunt deinde *Bona vacantia*: quæ sunt, quorum non **bona va-**
reperitur, qui ea jura sibi vindicet, dominus; veluti sunt res co- **cantia**
rum, qui sine aliò ullò legitimò herede decesserunt *l. 1. Et t. C. de*
bon. vacantib. Itemque *Thesaurus*, (i. e. condita ab ignotis domi-
nis tempore vetustiori mobilia *l. un. C. de Thesauris*) si in loco pu-
blicò vel religiosò inventus fuerit datâ operâ, totus, sin verò non
data opera, dimidius *l. 3. §. 10. de jure Fisci. junct. c. quæ sunt regal. in*
f. U. F. Tertio vero inter publica hæc emolumenta recensenda
sunt *Bona commissa* (ita appello hæc *exemplò t. de vectigal. Et com-* **bona**
missis) quæ ob commissum aliquod crimen culpamve criminosis **cõmissa.**
ablata, publico vindicantur. quibus jure civili veteri accense-
bantur bona non eorum tantum, qui vivi de capitali crimine,
fuerunt damnati, *l. 1. Et t. ff. de bon. damnatorum*; Sed & qui mor-
tui post publicam accusationem convicti erant *l. pen. C. de jure fi-*
fisci. qui que conscientiam admitti alicujus flagitii morrem sibi con-
sciverant, *l. 45. §. 2. de jure fisci.* Qui tamen rigor omnis de publi-
candis bonis damnatorum, post ad solum pene majestatis crimen
fuit restrictus *aut b. bona C. de bon. prescript. seu damnatorum.* Per-
tinere autem etiam dixeris huc, quæ ut indignis testamentò re-
lictæ, (sive hereditates sint sive legata) auferuntur *t. t. ff. Et C. de his*
quæ ut indign. l. 1. de jur. fisci. Itemque *multæ d. c. quæ sunt regal. U. F.*
& ipsæ denique ob vectigal non solum, res vectigales commis-
sæ, ita in specie appellatæ *l. fin. §. 12. ff. l. 2. C. de vectigal. Et commiss.*
Quantas porrò opes, ex *præda* ac manubiis devictorum hostium **Præda**
Imperatores Romanorum exercituum, vel per Triumphum æra **ab hosti-**
bus ca-
rio pta.

Vectigalia.

rie intulerunt, videri potest ex iis, quæ ex Livio, *lib. histor. 10. 28. 30.* Floro, *lib. 1. c. 18.* Plinio, *lib. 32. c. 11. lib. 33.* Velleio Paterculo, Plutarcho, & aliis collegit Lipsius *lib. 2. de magn. rom. c. 8.* Post hæc verò & inter maxima Rerumpub. lucra meritò putantur *vectigalia*, quæ quidem propriè dicuntur illa pecunia, quæ pro rebus in- vectis, evectis, transvectisve, civitati vel superioritati ejus penditur, dicta, ex eò, quod magnâ partè pro mercib. rebusq; venalib. exsolvatur, vectigal rerū venaliū *l. 17. in fin. de V. S.* Item portoriū, *ibid.* quatenus in portibus & quatenus in portis solvendū, portariū *Lips. c. 1. lib. 2. de magnit. roman. de hoc genere agūt. ll. 5. 6. & plerq; alia tit. C. de vectig.* A quo autem vectigalis genere diversi sunt, qui itidem latinis vectigalis nomine veniunt; reditus sive pensiones, quæ tum ex agris Reipub. in perpetuum locatis, à possessoribus eidem penduntur, *per l. 1. & t. 1. si ager vectigal. pet. l. 7. de publican. & vectigal.* tum quæ ex aliis Reipub. bonis etiam ad tempus locatis locarii loco solvuntur, v. g. ex salinis, cretifodinis, metallis &c. *l. 15. de V. S. l. 1. & 15. de publican. & vectigal.* Quæ tamen pensitationes, vectigalia quidem audiunt; re ipsa autem ad primum genus publicorum reddituum ex bonis scil. Reipub. immobilibus provenientium potiùs erunt referendæ; pars etiam ad naturam tributi in specie dicti appropinquant, intellige, quæ ex prædiis tributariis, cujusmodi Romanis per integras provincias erant, penduntur *per §. 41. J. de R. D.* Similis autem rursus vectigali est illa pensitatio, quæ alicubi, quintâ, decimâ, vigesimâ aut aliâ aliò modò definitâ portione, de mercibus venundatis, harumve pretiis, de frugibus consumendis, forte dum jam in publicò v. g. in molendinis sunt præparandæ, nostris Accisa dicta, de usuris pecuniæ creditæ, aliisque in commercio versantibus rebus præstari, nostrò tempore plurimùm consuevit. Nec minimus denique publicorum proventuum illa est pecunia, quæ alicubi locorum (quam bene aut malè nunc non disputo) ex munerum publicorum commerciò redigitur, dum maxima minima compendiosa officia, nisi certò persolutò pretio, nemini committuntur.

Comercium officiorum.

III. Omnium verò amplissimum, profundissimum, & maximè perpetuum publicarum divitiarum fluentum, opinor
Tri

Tributum est, sive populi in commune facta collatio. quippe ^{Tributū} quod ex omnibus aliis publici thesauri fontibus scaturientes rivuli, vel rarius tenuiusq; profluant, vel ejus non sint perennitatis, ut facilius exsiccare atq; deficere nequeant: siquidem rarius contingat, bona heredibus vacantia, inventosve thesauros aërio inferri addicive: fallacis fortunæ munus sit, victoriam & post eam prædam ab hostibus obtinere: infortunata civitatis labe existat, civium vitia pœnâ commissi, & ademptione bonorum oportere corrigere: quin irruptio hostilis, aliâq; elementorum vel noxiarum animantium injuriæ, proventus immobilium possint corrumpere, & commercia, ditissimam aliàs vectigalium venam foventia, impedire: nec verò & onerosa isthæc publicorum munerum comparatio cujusvis civitatis moribus congrua sit aut frequentetur; Cum interea tributorum ratio ita se habeat, ut in omnibus civium facultatibus ac bonis sese fundet, ac proinde quamdiū Respublica, imò vel reipubl. facultatumq; aliquæ reliquæ civibus supersint, reliquis etiam omnibus publicæ pecuniæ nervis præcis, hacce adhuc civitati succurri queat.

IV. Et hæc quidem ultima pecuniæ publicæ comparanda ratio, illa est, quam, cujusq; justitiam, præ ceteris istis, ex nostræ civitati communiter receptis legibus, paucis nunc quidem describere in animo est. Idq; hac ratione, ut notatis tributi, antiquitate, & nomine, ponatur primò; Quid sit Tributum? deinde quarum intuitu rerum; quaq; æquitate & quomodò imputationem, exactionem, & pensitationem ejus fieri oporteat; hinc quo sine; tum per quos, & à quibus æquum sit, ut imponatur, exigatur, pendatur.

V. Antiquissimum esse in publicum contribuendi usum, per vetustissima antiquitatis monumenta haud dubium est. Nam etsi apud plerosq; antiquiorum temporum populos, ad prima quorumlibet, qui in civilem societatem coalescerent, incunabula non æquè hic frequentatus quidem fuit, propterea quod vel pecuniis parùm cives valerent, vel publico sumptu adeò civitates non indigerent, civibus ipsis, quæ publicè opus facta erant, communi operâ atq; viritim ferè obeuntibus, putà in bellum



dū proficiscerentur, urbium atq; civitatum munimenta extruerent, quemadmodum de ipsis Romanis Dionys. Halicarnass. *lib. 2. antiquit. Roman. Liv. 4. histor. de Gallis vicinisq; populis. Cæsar lib. 4. & hinc inde in histor. de bello Gall. de Germanis Tacitus lib. de morib. German. c. 7.* & de aliis alii testantur; Usu tamen venisse constat, quamprimum hæ & pleræq; aliarum gentium civitates, vel ad paulò limatiorem progredierentur politiam, vel ad ampliorem pervenirent potentiam, & juxtà opibus excrescerent, uti continuò hanc conferendi rationem amplecterentur. prout idem Dionys. Halicarnass. *lib. 4. dict. hist. de Romanis*, ex instituto Regis Servij Tullij censitis: de Gallorum tributis d. l. Cæsar. deq; Germanis, etiam ante frequentatum ipsis nummi argentiq; usum, testatur Tacitus, *dict. lib. de morib. German.* hujus posterioris testimonij verba, quæ quia nos tangunt propinquiùs, nolim omissa, sunt inter cætera hæc: *Civitatibus mos est, utrò ac viritum conferre principibus, vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit.* Sic de populò Israelitico, quomodo ad sacra is contribuerit, etiam sub ductu Moisis, *ex cap. 25. pr. & c. 35. v. 5. Exod. c. 18. v. 8. & seqq. Num. cap. 18. Deuth.* quomodo regum collectioni idem populus postea subjectus fuerit, *ex Sam. c. 8. v. 11. & seqq. 2. Reg. c. 15. v. 20. c. 25. v. 35.* constat. Institutum Darij circa tributa in subjectos regni Persiæ, enarrat Herodotus *lib. 3. It. Xenophon de Pædia Cyri lib. 3. n. 12.* ne dicam de amplissima tributi colligendi ratione, in vastissimâ illâ Romanorum Repub. Monarchiâq; Cæsarum usitatâ: Cujus quidem mentionem facit etiam in descriptione ab Augusto factâ scriptura sacrâ, *Luc. 2. v. 1.* imò mirari licet, quæ de ingentibus ex Romanorum censu collectis divitiis, ex indubitatis antiquitatis monumentis collegit Lipsius *lib. 2. de magnitud. Rom.* sed hæc etiam jamdum ab initio tactâ nobis fuere, & vel ipsa dicta modò antiquitatis monuméta suggerere possunt uberius; nobis nunc quidem in themate hoc, ubi quid leges nostræ hic loquantur, præprimis propositum est congerere, procedendum est prescius.

Nomen. VI. Appellari verò ab intributione tributum; vel ex eò, quod militib; tribuatur, Ulpiani opinio est *l. 27. §. 1. in fin. de V. S. Varro autem*

autem ex eo, quod tributim olim apud Romanos exactum fuerit, à tribubus id denominari asserit. *lib. 4. de ling. lat.* Deinde & aliis hinc inde nominibus in ll. nostris idem hoc effertur: veluti ubi ex eo, quod per stipes, i. e. modica æra colligatur, stipendium, *d. l. 27. §. 1. de V. S.* quod à pluribus simul inferatur, legaturque, Contributio, *in l. 1. C. de apochis.* collatio, *l. 1. C. de quibus munerib. vel præstat. nem. sè excus.* Item collecta, *auth. item C. de SS. Eccles.* ab impositionis porrò actu modoq; Indictio, *l. 3. C. de annon. & trib.* Censur, *l. 1. ff. & C. de censib. sapius & vectigal, l. 7. de publ. & vectig. l. 39. §. 5. de leg. 1. junct. l. 36. de jure fisci, & l. 5. de censib. in fin. & Canon publicus, l. 1. C. de annon & tribut. &c.* quoddam quod ex hoc genere est, dicitur.

VII. Definiri autem videtur posse Tributum, quod sit ^{Defini-} pecunia ratione bonorum, quæ cuiquam in territorio foventur, ^{tio} publici commodi tuendi causâ, potestati superiori à populo conferenda.

VIII. Pecuniæ verbum, (quod etiam Varro, dicit. loc. Tri- ^{Est pe-} butum *pecuniam definiens populo imperatam, quæ tributim à singulis* ^{cunia} *ratione census exigitur, generis loco ponit*) non ad pecuniam numeratam, quam appellamus, tantum hic restringendum est, sed juxta extensionem *l. 178. pr. & l. 5. pr. de V. S.* latius accipiendum, ita ut etiam corpora quævis alia, in patrimoniò tamen nostrò existentia, complectatur; adeoque annonæ quoque, & si quæ aliæ rerum species & bonis nostris conferendæ sint, eò intelligantur: *per N. 17. c. 8. N. 128. c. 15. arg. l. 7. junct. rubr. C. de exactor. tribut. v. g. fruges, vinum, lardum &c. per l. 9. C. de susceptorib.*

IX. Quod autem *ratione bonorum* cujusque, pecunia ista ^{impu-} hæc nobis dicatur conferenda, duplicem imprimis recipere pot ^{randa} est sensum: unum, habitò respectu ad bonorum cujusq; ^{atq; cõ-} tutionem, quæ & finis & ex debito causæ impulsivæ loco collationi ^{fere da} est. finis scil. dum ideò Reipubl. conferendum est, ut, ipsâ in ^{ratione} tributionum emolumentis stabilitâ, ipsi quæ pro felicitate nostra ^{bonorū} ^{cujusq;} facere possunt, fortunæ scil. honoris, vitæ vel cujuscunq; alterius generis bona, sub illius auspiciis rectius nobis tutari atque pro ^{per-} vehere valeamus: Impulsivæ ex debito autem propterea, quod, dum Reipubl. hujusq; tutelæ beneficiò, modò dictis commodis

perfruimur, ad remunerationem & naturali & civili nexu impellamur. Altero verò sensu (qui & in hoc negotio proximè solet attendi) tributum ad bona rationem habere, rectè dicitur, quatenus bona, patrimonialia imprimis, quæ dicuntur, & subiectum sunt, cui ejus ad mensuratio fit, & materia unde, & in quam ejusdem debet fieri pensitatio, factà scilicet hisdem bonis ipsius tributi imputatione vel nominatim ac distinctè, juxta modum viresq; eorum; uti fit e. g. in contributione illa, quæ secundum æs & librâ, id est, juxta æquabilem ad vires patrimoniorum distributionem instituitur: vel ex consequenti, & minus ad istum modum distinctè, jussis personis, non adeò, ad bonorum vires modumque, quàm solummodò quid bonorum seu ex bonis inferre, v. g. tributum capitis.

omnino

X. Enimvero, quod indifferenter omne tributum etiam posteriori sensu, ratione bonorum imputetur & conferatur, vel inde patet, quod impositio personæ facta, in nullis se fundans ejusdem bonis, nullam possit producere obligationem ad tributum, quod inopes ipsa non habendi necessitate hujusmodi onera non sustineant, *l. 24. §. 2. de munerib. & honorib.* nec ulla adeò exactio contra eos institui possit, quæ non inanis sit futura, *per l. 6. de dolo mal.* Imò quod vel illis, quorum tenuior saltem census est, juris benignitas succurrat, *l. fin. C. de his qui num. lib. vel paupert. l. 6. §. 5. de offic. presid. Recess. Imp. ann. 1582. §. Und nach demel c. 4. x. de censib. Levit. 27. v. 28.*

sive nominatim ac distinctè iis applicatione factà, si ve per indirectum.

XI. Verum, ut dictum est, vel nominatim ac distinctè ad bona ipsa eorundemque modum viresque, census ac in tributum diriguntur, vel minus distinctè & quasi per indirectum. De posteriori hoc genere atq; modò ejusque æqualitatis ratione dicitur inferius; de modò verò illo, qui tanquam æquior, dignior atque amplior priori locò meritò pertractandus est, memorabiles primitus sunt textus ipsi, rebus directò tributum applicantes, veluti *l. 3. C. de annon. & tribut.* quâ difertè adseritur indictionem tributi, non tam personis quam rebus fieri; cujus adeò ratione, & extra dubium est, cum munera civilia triplicia sint, *l. 18. pr. de munerib. & honor.* personalia scilicet, quæ animi provisione & corporalis laboris intentione sine aliquò gerentis detrimento expediunt.

pediuntur, *d. l. §. 1. patrimoniorum*, in quibus sumptus patrimonij maximè postulatur, *l. 1. §. 3. d. 1. & d. l. 18. §. 18. eod.* vel etiam ex his mixta. *d. l. 18. pr. & §. 26, & seqq.* tributi sive præstationem, sive præstandi necessitatem interea referendâ esse ad munera, quæ patrimoniis inducuntur, *l. 3. §. 11. l. 6. §. fin. de munerib. & honor.* & quidem in specie, quæ ipsis patrimonijs q̄s. adfixa sunt onera, *d. l. 6. §. fin. l. 18. §. 21. junct. §. 23. eod.*

XII. Quæ autem illa sint bonorum genera, censa maximè, quorumve imprimis ratione tributum indici soleat solvi-
que, de eò licet haud facilè sit quidquam adserere, quod ubivis gentium, locorum, ac temporum æquè obtinuerit, vel etiam perpetuò obtinere possit, quia pro ratione usus ac necessitatis publicæ, quandoque etiam pro cupidine eorum, qui cum Imperio sunt, hæc mirum variare solent; Id tamen fortassis affirmare, hic quasi in genere prænotare (uberius a res recurret recensenda inferius) licet: omnia ea, quæ in commercio ac bonis cujusquam ita sunt, ut ditior inde is appareat, ejus esse conditionis, ut sub censum ac tributum indictionem cadere possint; sive mobilia illa sint bona, puta animalia, servi &c. *l. 4. de censib. l. 13. C. de annon. & tribut.* sive immobilia; eaque tum corpora, veluti agri, ædificia, lacus, salinæ *d. l. 4. de censib. l. 6. in fin. de munerib.* tum jura quædam lucrosa; namque & illi qui fœnus exercent, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent, quamvis possessionem non habeant, ait Jctus in *l. 22. in fin. ad municipalem & de incol.* quod eadem ratione, in genere ad omnia nomina & actiones, i.e. ad ea quæ nobis ab aliis debentur, quia scil. & hæc in bonis habentur, referendum est *per l. 49. de V.S.* Estq; exinde, quod in Receptis. Imp. *de anno 1544. §. es sollen auch sunffzig & §. und dieweil nun & locis aliis* nomine usurarum, annuorumque reddituum, decima pars in turcicum tributum pendi jubeatur. Quæ tamen hæcenus solummodò videri possint admittenda esse, quatenus vel nomina exigi, vel fructus seu reditus actu possint percipi. quæ enim alicui debentur quidem, exigere autem atque adipisci is non potest, horum nomine immeritò gravari videbitur, cum nec in bonis eadem habere censeatur. namque ille cujus debitor solvendo non est, tantum in bonis putatur habere, quantum exigere potest *l. 63. §. 1. ad L. Falcid.*

B

XIII. Cæ-



Venalia
etiam.

XIII. Ceterum, nec tantum, quæ quisque sibi tenenda
ac servanda habet bona, si jus ac aptitudinem quæras, censitica
sunt, sed & quæ alienaturus vel venalia habet, veluti sunt merca-
torum merces: quas tantum abest, ut immunes conveniat esse
ab hoc onere, maximè si civium bona maximam partem in mer-
cimoniis consistant, ut maximus meritò census iis sit inducen-
dus. Cui adeò nec merita mercatorum aut mercaturæ in publi-
cum obstare possunt, cum isthæc ex accidente tantum sint, ipsis
negotiatoribus principaliter, suo, non reipub. emolumento ope-
ram navantibus; quin alii quoque, qui de Repub. benè meren-
tur, à censu propterea immunes non sint; nisi à lege vel magistra-
tu immunitas ipsis specialiter concessa est, per ea quæ de his tra-
dentur infra. Tametsi illud, hòc quidem locò æquitatis videat-
ur esse, ut nimirum perpendatur, felixne alicui sit commercii
cursus, & prosper venditionum progressus; an vero merces citra
ipsius culpam spretæ delitescant: & deinde, suòne an alienò ære
has sibi mercator comparaverit: casusque adeò adversi mitius
habeantur, censusque ad lucra potius, quam ad mercimonia
applicetur, ne quid impar viribus sufferre & pro rebus quas uti-
litate inspectâ, alienas, nullasq; potius, quam suas possideat, exi-
tiosa sibi tributa teneatur luere, contra quam æquitas legis 4. §.
I. de censib. in simili exigit.

XIV. Utcunq; verò omnia bona cujusque cenferi qui-
dem & possint, & pro omnimodâ circa hæc æqualitate obtinen-
dâ, debeant. idque etiam non rarò observatum deprehendamus;
veluti, ubi Servius Tullius Romanorum Rex, *testante Dionys. Ha-
licarnass. lib. 4. antiquit. rom.* iussit omnes Romanos nomina da-
re, & sua bona censere pecuniæ æstimatione, & jusjurandum
legitimum interponere, quo jurarent, verè & optimâ fide *omnia
sua bona* censa esse. Item ubi in nostri Romani-Germanici Im-
perii Recessib. mandatur, *veluti de anno 1542. §. Und nemlich sol-
len: Das alle un tede von allen thren beweglichen und unbeweglichen
Haab und Gütern — zahlen und entrichten/te. sie seyn Lehen oder
etgen Recess. 1544. §. Und nemlich sollen. §. §. Damit nun solches.*

Licet ac-
cidat cer-
tas bono-
rû speci-
es ceterisq;

Accidit tamen sæpius, ut certæ bonorum species præ aliis tributò
onerentur, illæ præsertim in quibus majores populi sitæ solent
esse.

esse divitiarum, & de quibus in publico magis constare potest: v. g. agrorum jugera, & quæ iis adherent *l. 4. de censib. l. 2. C. de immun. nemin. conced. Domus l. 6. §. fin. de munerib.* sive ut loquuntur fumantes; capita animalium *d. l. 2. C. de immun. nem. conc. unde animalis functio l. 13. C. de annon. & tribut. l. 23. inf. C. de agricol. & censit.* cuiusmodi nostris dicuntur *Hufenschatz / Haussteuer / Vieheschatz / &c.* nempe & difficultati censendi, quæ magna est in perferuatione ac descriptione omnium cuiusque bonorum, hoc aliquo modo consulitur: & si modo non nimis multiplicentur, quæ his rebus imponuntur, onera, nec æquitatis jactura adeo poterit esse magna. Tametsi [ut paulo ante monebatur] pro omnimoda æquitate obtinenda, illa prior omnium utilium bonorum censitatio magis militet, siquidem forma census modo rectè sese habeat.

XV. Forma autem census, quam vocant, quæ actum censendi ipsum, ut rectè sese ac omnimodè æquabiliter ad bona habeat, in duobus singularem ipsorum censorum industriam exigat; in ipsâ nempe perquisitione ac descriptione bonorum cuiusque: & juxtâ quàm bonorum inventum est in æquâ tributi imputatione, hanc in re justitia requirit ipsa, nec illam tanquam medium ad hanc scire potest neglectam.

XVI. Ipsa autem æqua isthæc tributi imputatio, ut generaliter hoc præmoneam [si quidem cum Jurisprudencia nostra ponas, tributum onus reale esse, pro viribus cuiusque facultatum à pluribus æquabiliter ferendum] rectissimè videbitur institui, si ad amissim justitiæ distributiæ, proportionemque geometricam, quam vocant, illa exigatur; facta nimirum distinctione partium quanti exigendi juxta rationem eam, quæ est inter ipsa bona collectanda, ita ut æquabilis ab omni parte portionum distantia atque commensuratio appareat: sive tributa cum bonis, ex quibus illa inferenda, sive & hæc & illa ad invicem conferas; uti, v. g. qui aureos centum in bonis habet, unum jubeatur in tribuere, cum, qui mille habet jubeatur decem. prout habet *R. I. de ann. 1544. §. Und nemlich sollen.* ubi nempe mille ac centum bonorum, decem ac unum tributi, æquabiliter, decuplâ scilicet ratione, ab invicem distant; sicuti vicissim centupla, in

Forma
census
expeditur.

per quæ
tributi
imputa-
tionem
factam
ad
proportionem
æquabilem

B

ter



tercedit proportio, si ad mille bonorum decem tributi, itemq; ad
centum bonorum unum tributi conferas. Schema in numeris
erit tale: 1000. — 10. — 100. — 1.
100. 100.
10. 10.

Etiã le-
gibus
multo-
pere cõ-
mēdatã.

XVII. Estque sine dubio ipsa hæc, proportionalis illa ju-
stitia, quam toties jura nostra ingeminant mandantque, ubi vo-
lunt, adscriptionem tributorum æquã lance dividi *l. 10. de fund.*
patrimon. omnes pro modò fortunarum conferre *l. 5. pr. de censib.*
junct. l. 1. C. de munerib. patrimon. neminem gravatis aliis levare o-
portere, *l. 4. quemadm. civil. mun. ind.* ubi porrò adscriptionem,
currere debere, pro viribus singulorum *l. 12. de operib. pub.* pro
modò fortunarum, *d. l. 1. C. de munerib. patrimon. possessionum,*
l. 3. C. de annon. & eodem modò correctionem hujus admensura-
tionis *l. 4. §. 4. de censib.* & c. sese habere debere, sanciunt. & am-
plius nostrã linguã in *R. Imp. de ann. 1544. §. als aber wir / ita: daß*
ein ieder nach seinem Vermögen neben dem andern gleiche Anlage und
Steuer gebe. R. I. ann. 1512. §. Und sol solche: Daß solche Hülffe
nach Vermögen der Stände ziemlich und gleich gesetzet / auch keiner
vor dem andern beschweret werde / digna sunt memoratu, quibus
Romanis suis Servius Rex hanc præscribat æquitatem, apud
Halicarnass. lib. 4. Ut autem inquit, ille, que in ararium conferun-
tur, levius in posterum feratis, volo, omnium bona censeri, & unum-
quemq; pro censu facultatum suarum suam portionem conferre, quem-
admodum in maximis optimeq; institutis civitatibus fieri audio. justum
autem & reipub. utile hoc ipsum existimo, ut qui multa possident, multa
conferant, qui vero tenuibus fruuntur facultatibus, pauca & c. Quin
& passim in LL. nostris, hanc justitiam tanquam ex ratione ma-
ximæ æquitatis, commendatam reperias; veluti, ubi naturæ con-
sentaneum habetur, inter socios communis causæ, communis
reipub. participes, Die sich des heiligen Reichs Friedens und Wol-
fahrt gebrauchen / commodum atque detrimentum commune, pa-
rilem habere distributionem §. 2. J. de societ. R. A. 1544. §. als aber
wir. jacturam communem communiter juxta rerum pretia farci-
ri oportere, l. 2 §. 2. in med. ad L. Rhod. de jact. E contra vero ini-
bi & facile observatur, etiam naturali æquitati contrarium esse,
vel in ipso hoc tributariò negotio, quenquam pro alieno debito
mole-

molestari *l. un. C. ut nullus ex vicaneis lib. ii. N. 17.* aut etiam alias cum alterius jacturâ quenquam fieri locupletiores *l. 206. de R. I.* quod quidem utrumque fieri necesse est, si aliis, qui æquale, vel etiam majus ex salute publicâ collectis sustentandâ commodum sentiunt, eoque & merito æquale majusve onus sustinere deberent, minus gravatis, alii vel solam, vel etiam majorem partem publici oneris sustentare cogantur. Unde, vel supremæ etiam potestati religio merito debet esse, imperare, sive rescripto aliquo efficere, quò minus circa omnes æqualis illationis forma obtineat *l. 7. C. de annon. & tribut.*

XVIII. Quod autem dictum est, æqualitatem hanc tributariam consistere in justitiæ distributiæ proportionem, quam geometricam dicunt, id quidem verissimum est, donec in collatione bonorum tributique ad invicem & vice mutuâ faciendâ, inq; distributione portionum illorum versaris. Cæterum hoc tamen interea haud erit negandum, si causam debiti, quâ singuli Reip. subjecti, ejus pace commoditatibusque cæteris fruuntur, respicias, rationem quoque justitiæ commutativæ tributorio huic negotio sese admiscere, imò toti locò primi fundamenti esse, etiam quoad ipsam portionum diversitatem, quibus aliis plus aliis minus tributi imputandum pendendumque est. & hoc ulterius, etiam si tributi portiones, ad portiones bonorum pensites. Scilicet prima causa, quare singuli ad tributum Reipub. ex bonis suis pendendum obstricti sunt, est ipsum *Beneficium Der Gebrauch Des heiligen Reichs Friedens und Wohlfahrt* / qui paulò antea ex R. I. de ann. 1541. dicebatur, ipsumque adeo *συνάλλαγμα* seu commutandum, si non simplici atque palpabili inter hoc & tributum ad proportionem Arithmeticam, quam vocant, æqualitate; saltem eâ, quæ ad hanc conspirat: imò, si hujus *συνάλλαγμα* naturam probè dignoscas, ac observes, ejus æstimationem ejusdemque cōpensationis normam ex magnitudine præstiti, ex indigentia ac potentia benefactoris ac beneficiarii &c. profluere, forsan parum abest, quin tota distributiva illa ac geometrica hic observanda ratio, quo ad id, quod à singulis tributi nomine pendendum in arithmeticâ proportionem tanquam prima basi merito fundata existat: etiam ut dixi, quoad faciendam collationem ad bona tributa-

ria ipsa, quando nempe beneficium illud tutelæ publicæ vel ma-
ximopere circa hæc occupatur. Sed hæc quidem nunc obiter.

Per bo-
norū cē-
sitatio-
nē pro-
be insti-
tutam.
Idq; vel

Priva-
tim: vel

XIX. Quod si igitur qualiscunque isthæc justa ac propor-
tionalis distributio tributi, ad portiones cujuscunque bonorum
ratione habitâ [hanc quidem nunc supponimus] institui debeat,
utique, quod & monitum ante est, census, h. e. perquisitio atque
descriptio bonorum cujusque non potest non antecedere. De cu-
jus adeo census ineundi ratione, modo ac requisitis, nunc paulò
distinctius hæc erit submittendum. Ubi primum notari accidit,
Censum quendam etiam privatæ cujusq; disquisitioni solere per-
mitti; quendam vero publicè peragi. Privatim dixeris censum
agi, ubi [præterquam, quod in genere forte vel ipsi actui censiti-
co, vel quanto pensitationis, juxta inventa, norma quædam mo-
dusque commendetur] adjuratæ privatorum conscientia com-
mittitur, facultates suas probè peruestigare, & juxtâ quam in iis
invenerint esse, ad præfinitum modum bonâ fide inferre. Id quod
tum in tributis imperii aliquando factum, tum in collectatione
quarundam in Imperio Civitatum hodieque fieri constat. Cujus
quidem rei ratio, legibus nostris solet consignata extare, quod vi-
del. nihil tam durum sit, tamque inhumanum, quam publica-
tione, pompæque rerum-familiarium, & paupertatis detegi vili-
tatem, & invidiæ exponere divitias *l. 2. C. quand. & quib. quart. pars
deb. ex bon. decur. Die weil ektliche Beschwer tragen/ sich thres ver-
mögens offenbar zu machen. R. Imp. de anno 1542. S. Die weil aber.*
Ast hic tamen censendi modus, sicuti apud cives religionis reve-
rentiâ imbutos, & statum Reipub. præsentem adamantes, non
adeo est improbandus; ita apud eos, qui neque rempub. cujus e-
molumento ac conservationi sese dare sciunt, diligunt, neque
in signi religionis zelo flagrant, dubitares, annon & reipub. detri-
mentosus futurus sit, & multi perjurii atque impietatis causa. ut
proinde, utrum hic modus censendi & collectandi in civitate ali-
qua expediat vel non expediat, ex animo atque moribus civium
potissimum videri possit æstimandum esse. Et siquidem rece-
ptus is est, collatoribus conscientia stimulos tum à susceptoribus,
tum ab Ecclesiæ ministris ac pastoribus sedulo acuendos esse, jux-
tà ac svadetur etiam hoc in *R. I. de ann. 1542. Spira. S. und die & seq.*

XX. Ab

XX. Ab hac autem privata ratione census, licet ei simile quid habet, multum tamen etiã differt, illa collectandi ratio, quæ in magis mera civium liberalitate fundatur, cujusmodi sæpius instituitur, ubi ad eleemosynas, aliasque pias causas pecuniis opus est: imò quandoque etiam in reipub. necessitatibus usurpatur, prout factum aliquando, legere est, apud Romanos, *notante Livio lib. 4. histor.* quod ditiores à Coss. sollicitati, ultrò plaustra æris in forum primo convexerint, horumque exemplo populus reliquus certatim in medium contulerit. Similia quandoque accidere licet observare vel hodieque.

XXI. Publicè honorum census agitur, si autoritate ejus, ^{publicè} qui hoc jubendæ potestatem habet, nonnulli constituuntur, quibus & cura & potestas datur inquirendi in bona & facultates populi, easdemque censendi, qui quidem in antiqua Repub. Romanâ, ab officio Censores dicti *l. 2. §. 17. de O. I.* viri fuerunt, aut saltem esse debuerunt magnæ autoritatis & plerique justitiã suã ac morum integritate multum commendati. Narrat de divo Augusto Suidas, Eum viginti viros inculpata vitæ ad id ministerium delegisse, & per omnes provincias dimisisse, qui personas describerent & fortunas. Quin quantæ censuræ legum horum, censorum officium sub Imperatoribus postea subjectum fuerit, ex *l. 5. & 6. C. de censibus & censor.* colligere licet. qua de re inferius.

XXII. Ut autem de horum operâ, deque populi viribus, ^{confectâ} & quota tributi, à singulis exigendi, publicè constare possit, ^{matricula} summa hujus negotii est, formam sive librum censualem, qui & matricula, item barbarè æstimum & catastum dicitur, probè confici, eò scilicet modò, ut non tantum id, quod nomine tributi quemque pendere oporteat, inibi describatur; sed omnia insuper bona censa, immobilia præsertim, eâ ratione adnotentur, ut singula sine metu fraudis collectoribus manifesta possint esse: Cujus descriptionis ac formæ elegans licet notare exemplar ex *l. forma censuali 4. de censib.* quem textum quia magno à Dd. in pretio habetur, hic subnotare licet, & ita habet: *Forma censuali caveri, ut agri sic in censum referantur: Nomen fundi cujus q, in qua civitate, & in quo pago sit, & quos duos vicinos proximos habeat, & id*

arvum

arvum quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum sit. vinea quot vites habeat, olive quot jugerum, & quot arbores habeat. pratum quod intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum, pascua quot jugerum esse videantur. hæc pr. d. l. In servis deferendis observandum est ut & nationes eorum & ætates officia & artificia specialiter deferantur §. 5. Lacus quoque piscatorios & portus in censum dominus debet deferre §. 6. Salinae his si quæ sunt in prædiis & ipse in censum deferende sunt. §. 7. addatur l. 7. C. de bonis proscript. ubi simile. Requirebat præterea Serv. Tull. ipsarum quæ censentur personarum circumscriptionem, jubens & nomina parentum ex quibus essent procreati adscribere, & suæ ætatis annum declarare, atque ipsarum conjugum & liberorum nomina scribere, addito & urbis loco & regionis pago ubi singuli habitarent. Halicarn. lib. 4.

habita-
ratione
fructuū
impre-
gnis.

Hinc cō-
clusio-
nes.

1.

XXIII. In primis verò hic observare licet, æstimationem & censuram illam honorum potissimum ad utilitatem & fructus, quæ alicundè ab aliquo percipiuntur sese reflectere per l. 4. §. 1. de censib. l. 2. C. de præd. navicul. diserte l. 13. de impens. in res dot. ratio est, quod propria atque naturali honorum appellatione ea magis veniant quæ nos beant nobisque profunt l. 49. de V. S. nihil autem dici possit nobis prodesse, unde nullam capiamus utilitatem vel fructum. Quo ex principio II. nostræ sequentes imprimis celebrant conclusiones:

2.

XXIV. Primò, quod, etiamsi quis antea tributum ex aliqua re persolverit, tamen ubi illam alienat, onus hoc cum possessione ad eum transferatur, qui ipsam rem comparavit t. t. C. sine censu vel reliquis fundum comparari non posse Recess. Imp. de an. 1576. §. gleichstals die welle. de ann. 1594. §. Demnach denn etliche.

XXV. Deinde ubi dominium à possessione & fructuum perceptione sejunctum est, ibi non tam domino, quam possessori, eive qui fructum rei percipit, tributum indici l. 2. C. de annon. & tribut. N. 17. c. 8. in f. c. 9. emptori post perfectum jure contractum l. 13. C. de action. empti, usufructuario l. 27. §. 3. de usufructu l. 7. §. 2. in fin. eod. l. 28. de usufr. legat. ei qui pignoris jure rem possidet l. 42. de pactis. Cui fundus est datus in dotem l. 13. de impensis in res dot. l. 1. C. sine censu vel reliq. & c. Unde etiam est, quod nec pactò privatorum tam hoc quam præcedenti casu, constitui possit,

fit, ut ab aliō, quam qui possidet rem immobilem, tributum exigatur *d.l. 42. de pact. l. 1. 2. 3. C. sine censu vel reliq.* nisi forte ab iis, in quos vel dominium plenum, vel possessio saltem, transfertur, propter eorum vel privilegium vel inopiam, tributa exigere non possint; tum enim ad ipsos, qui sunt domini prædii, exactio pertinet *arg. l. 10. C. de annon & trib.* ratio additur in *N. 17. c. 8. §. 1.* quod periculo eorum, qui res transferunt censuales, fiscalium tributorum fiat translatio. idque non immerito, ne causa publica factō privatorum involvatur difficultatibus. Cautionem vero in talibus adhibendam desumere licet ex *d. N. 17. c. 8. §. 1.* nempe ut ante traditionem factam apud acta de intentione hac suā paciscentes profiteantur; quō factō alii non imminet exactio, quam cuius professioni publica autoritas adstipulata est: donec tamen & ipse idoneus est. ubi vero etiam hic defecerit, proximum erit Reipub. ad jus suum quod in re habet recurrere.

XXVI. Porro ex supra dictō principiō consequitur, non tantum illas res, quæ majorem aliquā naturā suā fructum ferunt, v. g. agros, pascua, lacus piscatorios, salinas &c. diligenter censu esse adnotandas, *per d. l. 4. de censib.* Sed ipsa etiam bona quæ inmero fructu ac reditu consistunt, non solum censenda; verum majori etiam oneri esse subjuganda, quam res fructum saltem ferentes: cuius rei notabilis exhibetur proportio *Recess. Imp. de ann. 1542. Spira §. Und nach dehme. & precedentib. It. 1544. §. Es sollen auch. & aliis textibus.* sc. ut ex 50. florenis usurarum annuorumque reddituum tantundem tributi nomine præstetur, atque ex bonis, mille florenis æstimatis, puta utrobique floreni quinque.

XXVII. Hinc præterea accidit, quod pro illis rebus, quæ fructum non ferunt, collectæ adeò non veniant solvendæ, quales e. g. sunt, quas ornamentis ac instrumentis loco habemus; de quibus in collectis Imperii itidē disponunt *Recess. Imp. de an 1542. §. 44 §. doch sollen verb.* Doch sollen in solchem Anschlag eines teglichen Kleider/ Kleynoder/ Silbergeschirr und ander Hausrath / daß ein jeder seinem Stand und Wesen nach / zu täglichen Gebrauch nicht wol entbehren kan: Item hohen Standes Personen / denen von Adel und reißigen Knechten ihr Pferd / dergleichen auch ander ihr Wehr und Harnisch / auch Geschütz, Pulver und andere darzu gehörige Munition

tion/aber sonst nichts anders von dieser Anlage ausgenommen wer-
den. Idem de exquisito ornatu & cultu ædium statuit *l. 2. C. de
pred. naviculari*. Videturque exemplo horum, de aliis bonis
prorsus sterilibus in genere idem quoque statuendum; ita tamen
ut de potentia id magis, deque destinatio rerum usu potius, quam
de actu pro tempore ferendæ vel non ferendæ utilitatis accipia-
tur; ne vel negligentia possessorum fortè incidens sterilitas, vel
casus quicumque; alius, fructuum generationi aut perceptioni in-
festus, in detrimentum Reipub. continuo vergat; unde est, quod
possiones quoque; desertas censerit contigerit *l. 1. C. de omni agr.
desert.* mixtas tamè fertilibus *l. 5. eod.* Item quod areas atque ha-
bitationes, imputatione tributorum, prorsus etiam absumi &
communitati vendicari in civitatibus usus ferat; nequè etiam
eum, quem constat magnas pecuniæ summas præsidii causâ in
arca habere repositas, licet nullum ex iis lucrum faciat, planè ab-
solvendum existimares, ne inde quicquam Reipub. pensitare te-
neatur: quamvis tamen istiusmodi sterilia bona, ubi accensentur,
non æquè gravi onere usque premi æquum sit, per *l. 4. C. de
censib.* ubi bona sterilia atque erema his quæ culta sunt vel opi-
ma, compensari volunt Impp.

5. XXVIII. Præterea æris quoque alieni sub usuris crediti,
& si quid præterea de bonis suis tanquam ex debito aliquis per-
solvere alicui teneatur, ejus in æstimatione ac censu bonorum,
merito habenda est ratio, ita ut de eò, quod præter hujusmodi o-
nera alicui superest, tributum saltem præstetur, per *§. und sol rubr.
von der Grafensteuer. Ordn. des Regiments ann. 1500.* nam etsi de-
bitor æs illud alienum possideat, ejusque dominus dicatur esse,
per *l. 1. §. 2. de O. & A. l. 2. de reb. credit.* quia tamè cum tantò id pos-
sidet onere, ut fructus, quos inde percipere potest, aliis jugiter
conferre teneatur, juris interpretatione, ne inter bona quidem
illud recensetur *l. 39. §. 1. de V. S.* adeoque merito non tam hic-
ce debitor, quam qui usuras & fructus illos percipit, collectas pro
eo solvet. quod tamen non videbitur extendendum ad lucra, quæ
præter hæc onerosas præstationes, debitor ex alieno capit, sed
eorum ratione etiam ipsum censui potius debere succumbere.

XXIX. Atque hæc quidem sufficiant annotata de iis, ad
quæ

quæ in census seu Matriculæ confectione censores omninò ocu-
los reflectere conveniat: videndum porrò, quis confectionis matriculæ valor
culæ valor. Nimirum si illa ritè fuit confectionis matriculæ
quam annotati sunt, vi superioris autoritatis, ad cuius placitum
composita ipsa fuit, publico obligat & exactioni ejusq; executioni
subjicit per l. 4. C. de agricol. & censib. c. 13 X de prescript. arg. l. 18. §.
ii. de munerib. l. 2. de fid. instrum. nisi intra statuta tempora appel-
lationis post editionem census appellaverint, arg. l. 7. C. de appell.
ve etiam postea, sive veniam emendandi census sibi impetrave-
rint d. l. 4. §. fin. de censib. sive etiam manifestis documentis de er-
rore ejus probare parati sint per l. 16. C. de testam. mil. R. I. ann. 1548.
§. Und sol unser etc.

XXX. Veruntamen omnino hoc loco attendendum est: quia mu-
Etiam si accuratissima rerum & descriptio & æstimatio fiat, fieri
tamen non posse, ut ejusmodi conficiatur Liber censualis sive
matricula, quæ perpetua sit, & ad omnes sequentes indictiones
se extendat, quoniam videlicet per rerum humanarum incon-
stantiam, ipsa bona censu mutationi, incremento sc. decremento
ac interitui perpetuò sunt obnoxia, nec earundem semper rerum
idem dominus idemve possessor remanet: horum vero aliquo
interveniente, cum fieri non possit, quin æquitas, cui tanquam
fundamento census descriptio innititur, labascet; consequenter
ipse etiam census & matriculæ valor, in quantum illa everfa est, ut
vigorem perdat conveniet. Unde igitur jam ex eo æquitatis & ju-
ris erit, tributa non ad veterem censum ac semel confectionem ma-
triculam perpetim exigere, sed in singulis etiam collectis ubi a-
liqua apparet rerum mutatio, censualis libri correctionem &
census quæ vocatur peræquationem ac moderationem institue-
re, certis ad id destinatis personis, quæ summâ fide & industria ne-
gotium hoc peragant, juxtâ ac de peræquatione hac & peræqua-
torum officio sancitum reperitur l. 4. §. 1. de censib. t. t. C. de censib.
& censitorib. & peræquator. in Receptis. Imp. de ann. 1524. §. Item
wiewol & seq. 1541. §. Und wiewol. 48. §. ferner wiewol. & seqq. 66.
§. Wiewol denn ferner. & de causis peræquationis quæ in specie
hic attendendæ d. l. 4. §. 1. de censib. R. I. anno 1548. §. Und demnach.
deque officio & potestate peræquatorum, derer zu der moderation
de-

deputierten d. r. C. de censib. R. I. de ann. 1548. §. Und demnach. 1557.
§. Und wiewol. 1594. §. Zum dritten. & seq.

animad.
versio in
frauda-
tores

XXXI. Ad hunc igitur modum censu legitime institu-
tō peræquatōque; quæ juxta eum exactio fit & quæ præstatio, le-
gitimæ quoque erunt & justæ, neque de injuria sibi facta quis-
quam quod quærat habebit. Quoniam verò huic actui, sicuti om-
ni alii, contingere potest, ut vel fraude culpave agentium de-
pravetur, vel casu in iniquum prolatur, quomodo utriusque
malo jure occurratur videndum est. Enimvero agentes, qui in
hoc actu concurrunt, censores nimirum, & ii qui censentur tri-
butarii, si quid deprehenduntur fraudis in professione ac censu
commisisse, competenti legum indignationi subjiciuntur.

XXXII. Minatur sanè isthanc indignationem *lex 2. C. de
censib.* ipsis censitis, qui ut declinarent census fidem, callidè pau-
pertatis ingenium mentiti sunt: qui nec propterea ullò levami-
ne donandi sunt, si quid ex suo, ut censum defraudarent, corru-
perint *l. 4. §. 1. de censib.* Lege Servij Tullij ei qui census non fuis-
set, hæc pœna fuit proposita, ut bonis spoliaretur & virgis cæsus
sub hasta veniret *Halicarn. d. loc.*

XXXIII. De censoribus *l. 6. C. de censib.* sanctio est, eos, si
incurrerint culpam negligentiae vel gratiae, non solum bonorum
jacturam, verum etiam annonarum in quadruplum multam
subire debere. Atque sic Reipub. adversus fraudem, si patescit,
satis cautum est. Casu vero si quid accidit, id modo dicta peræ-
quatio & executio, quam in debitores suos paratam civitas habet,
facile emendabit.

Tributa-
rii inde-
bitū so-
lutū re-
p. tunt

XXXIV. Ambiguum magis est, si tributarii fortè ex cen-
su minus æquo, vel etiam aliàs, plus justò tributi nomine vel i-
gnorantes vel coacti exsolverint, utrum & quomodo illis subve-
niri possit ac debeat. Equidem si plures fortè pro indiviso terri-
torium aliquod vel etiam prædia aliaque similia bona possident,
& ab uno aliquo munus hoc fuit exactum, id quod tali casu à pos-
sessore domus gentilitiae des *Stammhauses* etiam fieri jubetur.
R. I. de ann. 1576. §. ben Berathschlagung/ eum à consortibus par-
tes viriles posse reposcere *per d. §. l. 5. pr. de censib.* minus habet
dubii.

XXXV. Est

XXXV. Est idem etiam dicendum de illis, qui nullo, nec fami-
lia nec particularis alicujus societatis jure uniti, separatim bona
sua ac patrimonia in civitate possident; Si nempe inæquali præ-
liis onere sunt gravati, præsertim ubi census ratio & loci consuetu-
do æquabilem tum indictionem tum exactiorem præterdit, atque
requirit; quod illud, quod plus justò exactum ab iis est, repetere
possint, non tantum à censitoribus exactoribusve, si insigni ali-
quâ istorum culpâ prægravatio illa fuerit commissa, *l. 6. C. de
censib.* Sed & à concivibus, & per universitatem æquabilis
census sociis: quandoquidem non solum per se iniquum est, a-
liorum onus ad alios deferri, *N. 143. §. 1.* sed & quia summæ est
æquitatis, id quod pro communi causâ impensum est, ab iis, qui
communis salutis participes sunt, impendenti rependi; exem-
plo, quo, cum vis tempestatis, navis, omniumque vectorum vitæ
servandæ causâ, de quorundam bonis aliqua ejicere coegit, simul
omnibus, quorum bona mercesque in navi vehuntur, & salvæ ma-
nent, is jactus detrimento est: *l. 1. 2. ad L. Rhod.* sicuti etiam ad
lytron navis à piratis redemptæ omnes conferunt, *l. 2. & 3. ad d.
L. Rhod.* & servi pretium, quem Respub. libertate donat, domi-
nus à fisco recipit, *l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro prem.*

XXXVI. Imò, cum certum etiam sit, ubi in civitate aliqua
vel lex, vel consuetudo, vel etiam placitum sive unius sive pluri-
um, quibus illa majestas est, populo æquabilem (puta singulis pro
rata bonorum) destinant atque deputant censum, singulos æqua-
biliter ad eundem obligari, & ad præstationem æquabilis tributi
teneri, nisi vel singulos id debere quod universi debent, *contra
arg. ex l. 7. §. 1. quod cujusq. univerj. nom.* vel jam dictas hujus ob-
ligationis causas, leges scil. vel sanctiones magistratus, præter-
vim atque intentionem suam agere dixeris. Ipsas vero causas tri-
buti constitutivas esse has probat, *l. 8. §. 3. de vacat. mun. l. un. C.
de vacat. publ. mun.* & quidem tanta virtute obligandi, ut etiam
bona censitorum Reipub. pignori obstringant, *per l. 1. C. in quib.
caus. pign. tac. l. 1. si propter publ. pens. vend.* Jam verò qui alterius
debitum non animò donandi exsolvit, obligationem, quâ is debi-
tor priori suo creditori obligabatur, in se transfert, *l. 23. §. 4. de
solut. l. 39. de negot. gest.* ubi nec refert, volueritne id an ignora-
verit.

Condi-
tionis
indebi-
ti,

verit is, pro quo solutum quid est. si enim vel mandaverit, vel sciens passus sit pro se solvere, solvens actione mandati eum pulsabit, *l. 2. §. 1. l. 6. §. 2. mandati: l. 6. C. eod.* Sin verò ignorantis negotium utiliter ista solutione geritur, eundem actione negotiorum gestorum convenire potest, *l. 43. de negot. gest. l. 50. mandat.* quamvis etiam gerens ignoraverit, se alterius negotium gerere; quia etiam sic æquum est, eum in damno non versari, *l. 45. §. 2. de negot. gest.* vel etiam si coactus gesserit, *l. 3. §. 10. eod.* imò si sui lucri vel commodi causâ gesserit, dummodo alterius conditio inde sit facta melior sive ex ipso gestu, *l. 6. §. 3. eod.* sive etiam ex promissione de gerendo, licet ipsa gestio post ei non profuit; casus est in *l. 2. pr. de negot. gest.* unde adeò consequitur; quicquid levatis aliis præter portionem sibi incumbentem, quis etiam tributis nomine exsolverit, id eum, tanquam quod, aliorum negotium gerendo, alienum debitum persolverit, à concivibus & collatoribus sublevatis repetere posse. Imò vel ab ipsa republica idem illud posse quem repetere, rectius videtur affirmari *per l. 1. §. 1. §. 1. t. de condict. indeb.* præsertim ubi de aliis, qui præ se se onere hoc levati sint, non constat: quia tum per ante positam ratiocinationem indemnem se ab iisdem servare non potest.

XXXVII. Quin de priori casu, de instituenda sc. per viam actionis repetitione contra socios collatores disertè videntur disponere verba, *l. 5. C. de censibus, Qui gravatos se esse, ait lex, à peræquatoribus conqueruntur - competitionis habeant facultatem, ut quid remissum gratia quidve INTERCEPTUM fuerit fraude CONVINCANT,* & paulò post: *ut quod ei fuerat superfluum ille cognoscat, quem debita functioni fraus clandestina subtraxerat, &c.* Pro altero autem casu egregium suggerit argumentum, *N. 130. c. 3. ib.* Si verò amplius quam professiones sunt ab his qui dant species inveniuntur expensæ, jubemus ex omni corpore fiscalium ejusdem provincie compleri eos, qui ultra functiones suas exhibuerunt; Sin verò non habeat ipsa provincia sufficientia ad expensam factam, compleri eos ex generali mensa qua regitur à tua gloria, &c. Simile in casu sustentationis exercitus Christiani contra Turcam ordinatum reperitur in *Recess. Imp. de ann. 1542. §. Doch soll dieser/ ib.* Und soll gedachten auszstehenden Kreisen billiche erstattung ihres dargestreckten

ten Kostens von den andern Kreissen / so viel ihrer Ieden dran zu erlegen gebühren wil / ohne alle wegerung und auszziehung folgen. *It. R. I. de ann. 1567. §. da aber / 1570. §. als auch.* Cæterum persecutione hac atq; repetitione soluti indebiti expeditior fortè erit via suum obtinendi retentio in collationibus subsequenter, quam itidem proponit *d. N. 130. c. 3. d. R. J. de ann. 1567. §. den jenigen Kreissen.*

XXXIX. Et notare licet, ex textibus modò allegatis *sc. ex d. N. 130. c. 3. d. R. J. de ann. 1542. §. doch soll &c.* liquere, etiam illos, qui citra indictionem & censum peractum aliquid publicis necessitatibus præ aliis expenderint, expensi repetitionem & compensationem habere. Sin autem pro avertendis non universitati, sed sibi tantum imminentibus injuriis nonnulli quid erogarunt, fortè ad evitandâ rapinam & concussionem incurrentis hostis, aut simile infortuniû declinadum. hoc, tanquam casus ac iniquior fortuna ipsis contingens, sociis minus imputare, nec eo nomine quicquam ab iisdem repetere poterunt, *arg. l. 2. §. 3. ib. quod verò prædones, ad L. Rhod. de jactu.* quod casus qui alteri imputari nequit, unicuiq; rem suam aufert *per. §. 2. I. quib. mod. re contrab. obligat. l. 6. C. de pign. act. l. 1. C. depositi l. 2. §. 7. de administr. rer.* nisi quatenus ratio miserationis aliquid beneficii ac sublevaminis iis exhibere suadeat, prout aliquibus fit civitatibus, *R. Imp. Spira ann. 1542. §. und wiewol.*

XL. Ad hanc etiam fortunam videntur esse referendæ contributiones istæ, quæ belli tempore, præsidii arcium atque fortalitorum, accolæ omnigenæ ditionis, (dum fortassis quarundam ditionum confinium partes solummodo vi metuque ad eas compulsæ fuerunt, non tota universitas) exsolvere coguntur; nisi fortè præsidia isthæc regionis totius tutelæ ac defensionis contra hostes communis causæ invigilent: quo casu à ceteris etiam merito compensarenrur: Quod etiam dicendum erit de eâ, quod ob culpam totius civitatis aliqui sunt coacti luere. v. g. si, quæ civitas debita tributa non exsolverit, à certis extorqueantur, vel aliàs ob commissum universitatis pecuniaria vindicta ab aliquibus per externos modum culpæ non attendentes, sumatur: Is enim, qui occasionem damni dedit, ipsum damnum dedisse

per modum retentionis.

etiam illud quod citra indictionem & censum pro commodo publico expenderunt: nõ quod pro privato incommodo avertendo.

Nisi ob commissum universitatis.

exi-



existimandus est, l. 3. §. 3. ad L. Aquil. & meritò illud adeò
sarcit.

Tri' utū
capitis

XL. Isthæc verò tantopere tum in custodiendo, tum in,
corrigeno censu, tum denique in eo quod minus justè solutum
est reparando, legibus commendata æquitas, an etiam locum
habeat in eo tributi genere, quod consequenter minusq; distin-
ctè ad modum viresq; facultatum bonis imponitur, quale est
tributum capitis, l. 3. pr. l. fin. §. 7. de censib. quod & capitatio di-
citur, l. un. C. de capitat. (& si quæ similis datur species, fortè quod
singuli cives certos æqualesve nummos inferre cogantur, vid. *He-
licarn. lib. 4.*) dubium potest videri, ob magnam inæqualitatem,
patrimoniorū cujusvis, quorum, cum promiscuè omnis generis
personis id tributum imponitur, hic non præcisa habetur ratio,
exemplum hujus apud *Dionys. Hal. lib. 4.* etiam in antiquissimis
Servij Institutis reperitur, qui iussit omnes, qui eundem pagum
incolebant, quotannis ad sacrificium & conventum paganatio-
rum, in singula capita certum numismatis genus conferre: &
cum vellet scire, quis esset numerus urbanæ multitudinis & eo-
rum, qui nascebantur, & eorum qui moriebantur, & eorum qui
in virorum numerum referebantur, statuit, quanti pretij num-
mum pro singulis cognati inferre deberent in ærarium, &c.

Æqui-
tatis
ratione
non de-
stituitur

XLI. Sed dicendum videtur, tametsi hujusmodi genus
non eandem prorsus ad possessionum quantitatem relatam pro-
portionis justitiam habeat ac illud alterum; Id tamen interea
nec suâ prorsus destitui æquitate, tum quod plerumque minuta
saltem pecuniæ summa soleat esse, quæ hoc nomine à singulis
exigitur; tum quod in hujus quoque indictione conditionis sta-
tusve personarum fere aliqua soleat haberi ratio, v. g. patresne
familias an ministri sint, multumne an vero paucum in reditu
habeant, prout videmus fieri in *Ordin. Regim. Maximil. I. ann. 1500.
tit. von Soldenern/ R. I. ann. 1542. §. und wiewol.* Item ejusne
sint ætatis, ut quid operâ suâ demereri sibi valeant vel non, quem-
admodum in Syriis à 14. annis masculos à 12. fæminas usque ad
sexagesimum quintum annum tributo capitis saltim obligatos
fuisse testatur l. 3. pr. de censib. cui simile est in *R. I. ann. 1518. §.
und nemlich/ verb. daß ein jeder Mensch im Heiligen Reich/ so zum
Sacra-*

Sacrament gehet/den zehenden theil eines Reichischen Guldens gebe.
 Tū quod accidat, omne genus hominū, quodlibet sc. pro suo modo, caput, vitam, & quantascunque fortunas suas, conditionemq; sub auspicio ac tutela Reipubl. æquè tueri: unde iterum haud iniquum adeò esse poterit, in compensationem illius insignis beneficij à Reipubl. pariter accepti, eidem etiam notabile quid rependere, etiamsi non ad amissim facultatum ac virium cujusque id fiat; quemadmodum in similibus quoque usu venire solet, ubi, si beneficia & commoditates pretio redimenda sunt, non habetur respectus ad personarū, qui redimunt, fortunas. Tū denique, quod rarò in civitate aliqua hæc tributa sola frequententur; sed plerūq; alia juxtà levētur, quæ pæne solos opulentiores onerant, immunibus aut non tam gravatis iis qui tenuioris sunt fortunæ, quos adeò ex ratione proximè adducta saltem alicui leviusculo censui submittere iniquum haud potest esse, etiamsi in hac specie ditioribus æquentur.

XLII. Non prætereunda, hoc loco, quæstio nonnullis ambigua, Si, nimirum aliò in loco, quam ubi domicilium fovet habitatque, bona quis possideat, ubinam contributionis oneri sit subjectus? Et de tributo quidem capitis, cum illud non principaliter bonis sed personæ pro tutela vitæ & qualiumcunq; bonorum *per dict. in th. 40. & seq.* imputatur, illud eo in loco, ubi persona maximè fovetur, qui domicilium est, indici posse & pendere oportere, dicendum est. E contra autem de eo tributo, quod rebus accensetur potius, statuendum videtur: illud non tam in loco domicilij domini, si alibi degit, quam in territorio rei sitæ præstandum esse: Id quod *l. 4. §. 4. de censib.* in specie agri tributarij disertis etiam adseritur verbis, videlicet: *Is, ait in d. l. Jctus, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in quâ ager est, agri enim tributum in eam civitatem debet levari, in cujus territorio possidetur. fac. l. fin. C. de omni agro deserto c. fin. X. de paroch. c. quoniam 13. X. de decimis.* Rationem videtur præterea ipsa suggerere æquitas, nimirum ut illa Respub. quæ onus tuendæ rei sustinet, emolumentum quoque collectarum, ad sui sustentationem merito percipiat. Deinde probant id textus juris, qui volunt, possessiones censui alicujus civitatis aut territorii

In quo territorio tributa præstāda.

D

sub.



subjectas, sine censu isto ad alium transire non posse, *l. 2. § 1. r. C. sine censu vel reliquis*. imò disertè & illi, qui statunt, non eximi pristinis tributis possessiones fundosve, etiam si possessor ob dignitatem fortè jurisdictioni priori eximatur, *R. I. ann. 1548. §. wiewol auch/* vel etiam ille, in quem alienatio fit, jurisdictionis sit diversæ, *§. damit auch/ R. I. 1542*. Neque verò dici debet, utrobique locorum, rei sitæ sc. & ubi habitatur, dominum ejus rei causâ censu gravari, quod & juri & æquitati talis adsertio contraria sit futura, *R. I. ann. 1530. §. dieweil sich auch. 1541. §. und nach deme eglliche. 1542. §. damit auch*. Accedit, quod securitate sua & extremâ exigendi facultate, quæ in pignoris captione & rei tributariæ distractione est, *l. 1. § 2 C. de cap. & distrab. pignor. trib. caus.* in alterius territorio altera respub. destituatur; quod extra territorium proprium jurisdictionis aut alicujus jubendi potestas se non extendat, *l. fin. de jurisdic. l. 12. §. 1. de reb. aut. jud. possid.*

XLIII. Atque hoc quod de tributo fundorum aliarumq; rerum immobilium hoc modo obtinere evictum est, etiam in tributis ratione usurarum annuorumque reddituum locum habere oportere patet ex *R. Imp. ann. 1542. Spira, It. ann. 1544. §. und damit von solchen Pensionen/* ubi debitor pro his tributis quotam in loco, ubi ipsemet degit, conferre jubetur, nõ obstantibus pactis super hac re in diversum initis, hæc tamen permissione, ut creditori, quod hac ratione exsolvit, computet, & à pensitatione eidem debita deducat.

XLIV. Verum hæc quæ modo dicta sunt ita obtinent, si in particularem usum diversa territoria collectent, Alioquin, si pro communi salute universo alicui Imperio, ejusdem Imperij & corpora & membra, inter se licet territoriis distincta sint, contribuant, nihil impedit, aliquem pro omnibus suis bonis, diversis etiam in territoriis sitis, in loco domicilii conferre: prout in contributione Imperij statutum legimus, *R. I. ann. 1500. tit. Dasß etn jeder nicht mehr. R. I. ann. 1542. §. dieweil aber eglliche. §. damit nun solcher/* Et de Ecclesiasticis habetur, eos, non obstante, quod in alio degant Circulo, in Circulo sui Episcopi, cui adnumeratur diæcesis, contribuere, *R. I. ann. 1542. §. damit aber solche. quod repetitur*

Uter R. I. de ann. 1557. 66. 82. 94. 98. 1603. quod autem de colle-
ctis Tuticis R. I. ann. 1544. §. so viel dann ferner, & alibi sancitur,
easdem ex illis quoque bonis inferri debere quæ extra Imperium
quis habet, singulare est.

XLV. Post consideratam hoc modo intrinsecam sive for-
mam sive naturam census, quæ æqua est tributi populo facta im-
putatio, & juxta eam pensatio: pauca adhuc subnotanda e-
runt extrinsecus hos actus informantes & concomitantes cir-
cumstantiæ, quæ ut in negotio hoc tributorio se quoque rectè ha-
beant, interest. Et quoniam duo sunt, quorum & commodum &
periculum hic maximè vertitur, Populus sc. & Respubl. sive æra-
riū publicū; quid utriusque commodo hic conducatur, prospicien-
dum est: juxta ac prætendi hoc ipsum videmus sacris ll. ita juvare
cupientibus privatos, ut & publicum illæsum maneat, L. 17. c. 1.
ut neque fisci rationibus neque collatoribus damnum inferatur,
l. 9. pr. C. de exactorib. tribut. simile est in l. 9. §. 5. de public. &
vestigal.

XLVI. Ad utilitatem collatorum primò pertinet, ipsos, ^{habita-}
ubi matricula sive æstimum conficitur ad confectionem hanc & ^{ratione}
audiri & citari: Audiri, quod, cum tributi imputatio ad rationem ^{collato-}
bonorum debeat fieri, opus omninò sit, sciri quid quantumque in ^{rum, qui}
bonis quisque habeat, hujus autem notitiam nemo expeditius ^{ut ipsi in}
habere possit, quam ipse possessor & dominus; è contra verò alium ^{censu ad}
vires alterius multis modis latere possint. ne igitur iniquo alio- ^{sint ci-}
rum atque erroneo judicio quis facilè gravetur, meritò ipsius ^{tandi}
propria auditur professio, *ita dicta in l. 4. §. pen. & ult. de censib.*
Citari verò debent, juxta ac in hujusmodi actibus, [ubi publicè in
præjudicium alterius, hæc aliqua agi ignorantis, quid fieri pot-
est] consuevit ac juris est *per l. 39. de adopt. l. 47. de re judic.* Notan-
dum verò hic est, ubi in Respubl. & status & integra corpora, pri-
vatorum quasi loco veniunt censenda, non quidem opus esse, ut
huic censure singuli ex populo adhibeantur, sed sufficere, aliquos
eorum nomine, v. g. syndicos vel defensores civitatum adesse,
arg. l. 10. C. de susceptor. junct. l. 1. que cujusq. univers. nom. quos
tamen & ipsos de viribus suæ universitatis exquisito singulorum
censu antea habito, probè instructos accedere convenit. ne pro-
fessio

fessio universitatis plus minusve oneret ejusdem subjectos ac reliquorum statuum universitatumque membra onerantur, eoque censui maximè inimica inæqualitas introducatur.

de censu
decreto
tempe-
stivè ad-
monen-
di.

XLVII. Deinde ubi census aliqua ratio legitimè est decreta, ejus notitia maturè ad collatores deferenda est, *N. 128. c. 1. R. I. ann. 1566. §. Dieweil nun diese/ ib. daß den Untertanen zusehenderst eigentlich und ausdrücklich die Hülffe kundbar gemacht werde. R. I. anni 1557. §. so sol es derwegen/ in fin. 1542. Spira §. und sollen/* quò ex inopinâ ad solutionem præcipitantiâ necessitas subeundi dispendiû illis auferatur, & exactoribus inferendi damni licentia denegetur, *l. 2. C. de indiction.* Sed & loci, ubi tributa exhibenda sunt, ratio est habenda, ne ex eò, quod longius eadem deferre teneantur, dispendiû subire cogantur collatores, *l. 6. §. C. de annon & trib. R. 1. Spira ann. 1542. §. es sol auch/ & seqq. R. I. an. 70. §. erslich dieweil/* ubi certis locis in Imperio constituuntur

Locus

arca, quibus ex vicinia collectæ inferantur. Itemque tempore ac solutionis terminis collatorum commoditati danda est opera, uti scil. si commoditas publica id admittat pluribus pensitationibus præstatio tributi dividatur, exempl. est in *l. fin. n. fin. C. de annon & trib. Recept. Imp. ann. 1542. §. und sol ein ieder/ §. und damit solche/ §. wiewol nun.*

tempus-
que com-
modum
præsta-
tioni ad-
signan-
dum.

arca, quibus ex vicinia collectæ inferantur. Itemque tempore ac solutionis terminis collatorum commoditati danda est opera, uti scil. si commoditas publica id admittat pluribus pensitationibus præstatio tributi dividatur, exempl. est in *l. fin. n. fin. C. de annon & trib. Recept. Imp. ann. 1542. §. und sol ein ieder/ §. und damit solche/ §. wiewol nun.*

Suscep-
tio à
suscepto-
ribus fi-
at sine
mora.

XLVIII. Porrò absq; omni mora aurum aliàsque species suscipere debere susceptores arcarios, annonæque suscipiendæ horreisque publicè propositos, ne per hanc occasionem sumptus quis facere compellatur, censet Constantinus *l. 1. C. de susceptor. præpos. & arcari.* eique, qui solvere volens à suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem proponere permittit, ut hoc probato & ipse securitatem debitam, commissi nexu liberatus, accipiat; & qui suscipere neglexerit ejus ponderis quod debebatur, duplum, fisci rationibus inferre cogatur, *d. l. fac. R. I. Spira ann. 1542. §. und sol ein ieder Kreis.* Neque ex mensurarum atque ponderum, quæ fortè in susceptatione usurpantur, iniquitate, detrimentum aliquod collatores metuere debent, *l. 1. C. de ponderatorib. l. fin. C. de susceptorib. l. 9. C. de defensorib. civit. jus-*

justâ mē-
sura ac
pondere

Neque ex mensurarum atque ponderum, quæ fortè in susceptatione usurpantur, iniquitate, detrimentum aliquod collatores metuere debent, *l. 1. C. de ponderatorib. l. fin. C. de susceptorib. l. 9. C. de defensorib. civit. jus-* susceptoribus aurum argentumve, quod infertur, sive solidos sive materiam quis voluerit appendere, æqua lance ac libramen-

tis

eis paribus suscipere, *d. l. 1. C. de suscept.* [adhibitō etiam quoties de quantitate solidorum exorta fuerit dubitatio, Zygotata i. e. ponderatore publico, per singulas civitates constituendō, ut contentionem dirimat, *l. 2. C. de ponderatorib.*] reliquasque species juxta modios æneos vel lapideos per mansiones singulasque civitates collocatos accipere, *l. 9. de susceptorib.* sub competentī sc. pœnarum interminatione, si quis susceptorum modiorum vel ponderum normam putaverit excedendam, *d. l. 9.*

XLIX. Sed & apochæ de tributo exhibito collatoribus non sunt denegandæ *l. 6. C. de suscept. R. 7. de ann. 1542.* und sollen obbemelte. *l. 1. C. de apoch. N. 128. c. 3.* ubi forma earum præscribitur, & decem librarum auri multa assignatur tum susceptoribus eas denegantes, tum iudicibus qui de hoc interpellati illos ad exhibitionem illarum non compulerint. Cujus quidem rei hunc potissimum constat esse finem, ut securi sint collatores, de eodē se non iterum compellatum iri *l. 2. § 4. C. de apoch.* quippe quod tam firmæ hæc res habeatur probationis ac fidei tantæque potestatis, quod securitatibus istis, quæ publicarum functionū gratiâ, sive in solidum sine ex parte solutæ esse conscribuntur, non tantum exceptio non numeratæ pecuniæ penitus opponi nequeat; Verum, quod & is, qui trium coherentium annorum apochas, cum probatio aliqua tributariæ solutionis exposcitur, protulerit, superiorum temporum securitates non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coerceatur, nisi forte publici debiti exactor ipsorum collatorum habeat cautionem, aut id, quod deposcit, deberi sibi, manifesta gestorum adfertione patefecerit *l. 3. C. de apoch.* Quin, quo major rei sit sinceritas ac fides, non tantum suscepti hujus accurata debet fieri ratio ac descriptio *N. 17. c. 8.* sed eadem etiam quadrimestribus brevibus, quæ etiam appellantur *l. 2. C. de conven. fisci debit.* ad Præfectum Prætorio datis, inseri jussa est *l. 1. C. de apoch.* metu, ne à discussoribus rationum, de quibus *l. 3. § 1. C. de discussor. ration.* qui tamen & ipsi multam quadrupli ejus quod neglexerint vereri necesse habebant *l. 6. C. de censib.* deprehendantur.

L. Deniq; ab omni concussionione atque superexactione immunes sunt collatores *l. 2. C. de exactorib. l. 1. in fin. C. de apoch.* Severissime.

D 3

anim-

animadversione constituta in eos, qui usurpatoriâ temeritate amplius quid fuerint exigere conati, quippe susceptores illi atque administri, qui non contenti publicè ipsis tributis salariis, *N. 17. c. 1. e. j.* quod præter debitum exegerunt, repetitione quadrupli puniuntur *l. 8. C. de excus. mun. l. 6. C. de censib.* imo capitali periculo cupiditatem eorum, qui superexactionis crimine fuerint confutati, amovendam atque prohibendam esse, si in iisdem sceleribus perseverent, censent *Impp. l. un. C. de superexact. junct. l. 1. ff. de concuss. N. 8. c. 1.*

Ærario
cavetur,
contentis
in officio
collato-
ribus
captione
ac distra-
ctione
pignorum
ob tribu-
ti causâ.

LI. Ærario deinde ut rectius prospiciatur & tantum sit, interest, tum collatores, tum eos, qui pecuniam illam publicam exigunt, suscipiunt tractantque, in officio contineri. Et Collatores quidem quod attinet, si cessant solvere tributum debitum (dico debitum, si enim indebitum ostendere ipsis in promptu sit, merito audiuntur *per l. 2. C. de offic. civil. jud.*) captione pignorum coerceri possunt atque ad præstationem adigi *l. 2. C. de capiend. & distrab. pign. trib. caus.* quandoquidem universa eorum bona vice pignorum fisco vel Reipub. pro tributis obligata sunt *l. 1. C. in quib. caus. pign. tac. R. I. anno 1594. §. also auch der Nachsteuer / & capta eò nomine distrahi possunt l. 1. C. de cap. & distr. pign. t. s. C. si prept. publ. pensit. vend. fuer. celebr.* adeò ut nec oblata cautio moratoria admittatur, quo minus prædium jure pignoris distrahatur pro pecunia tributi, quod suâ die non est redditum, prout habet *l. 5. §. 2. de censib.* ita tamen, ut si quid amplius inde redigatur, partem pretii sibi competentis fiscus sumat, reliquum vero dominis restituitur *per l. un. C. de vendit. rer. fiscal.*

cujus pri-
vilegia
sunt:
preferri
in con-
cursu.

LII. In concursu cum aliis creditoribus, tributi causa omnibus quoque præfertur, non tantum chyrographariis *per l. pen. §. 1. de bon. autor. jud. possid.* Sed & indifferenter hypothecariis, posteriorem hypothecam habentibus, *l. 1. C. si propter publ. pensit. vend.* etiam privilegiatam, v. g. dotis *l. 2. C. de privileg. fisci.* nec dubium est etiam anteriorem hypothecam in futuris bonis constitutam habentibus in iisdem præponi, *per l. 28. de jure fisci.* Saltem si in præsentibus bonis alius priorem hypothecam acquisiverit, ambiguum id quodammodò videntur reddere textus in *l. 28. §. 1. 22. §. & similib. de jure fisci.* verum dicendum est, etiam si in aliis

aliis causis fiscus priorem hypothecam habentibus creditoribus postponatur *juxta d. l.* in causa tributi id non æquè fieri, quatenus sc. rebus atque possessionibus in ditione Reipub. existentibus illud indictum est, ideo quod hujusmodi tributa rebus affixa indifferenter à possessoribus, quicumque etiam sint qui potius jus in iis habent, adeoque ab ipsis etiam creditoribus, si potiori suo jure eadem obtineant, exsolvenda sint, *per l. 7. de publican. & vectig. l. 5. §. 2. in fin. de censib. l. 3. C. de annon N. 17. c. 8. in fin. & textus similes.* Cui accedit quod privatorum pactiones, quibus ejusmodi hypothecæ ac pignora constitui solent, jus publicum immutare non possint *l. 38. de pact. & in univ. publica utilitas privatæ præferenda sit.* Sin etiam contingat, pecuniam aliis creditoribus prius solvi, à fisco eadem reperitur *per l. 18. §. fin. l. 21. ff. de jure fisci.*

LIII. Alioquin & tanti est privilegii tributorum causa, ut etiam compensatio, quæ alias ob pecuniam debitam ex omnibus actionibus ipso jure fieri dicitur *l. 4. §. fin. C. de compensat. l. 4. ff. eod.* Reipublicæ à tributario opponi non possit, licet ei ex alia causa vicissim quid ab illâ debeat *l. 3. C. de compensat l. 46. §. 5. de jure fisci.* Bonis vero cedendo se aliquem etiam ab hoc debito sublevare posse, humanius est & verius *per §. 8. I. de societat. l. 3. C. qui bon. ced. poss. junct. l. 7. & 8. eod.* modò cedens dolò ac malitiâ careat; quia alias illa cessio invidiosa est *per l. 5. C. qui bon. ced. poss.*

LIV. Cæterum nequè corporis coercitionem ac supplicium, nequè etiam carcerem, ob non solum tributum, jure civili quisquam debet expavescere *l. 2. pr. C. de exactorib. tribut. contumaces tamen aperta & liberâ custodiâ militari contineri permissum est ibid. à quâ etiam nec ad asyla confugiendo se eximere quisquam potest N. 17. c. 7. §. 1.* Sin autem porro, ut loquitur idem textus *d. l. 2. C. de exactor. in fin.* in obduratâ nequitiâ aliquis permanebit, ad res ejus omnemque substantiâ exactor accedat, solutionis obsequiò cû substantiæ proprietate suscepto. In camera Imperiali ad instantiam fisci sive procuratoris Camerae, contra cessantes pœna banni seu privationis bonorum; itemque privilegiorum, vel etiam, pro ratione circumstantiarum, notabilis multa decerni jubetur *R. 1. de ann. 1566. §. Weiter nachdehme. 1570. §. Und nachdehme solche. & seqq. §. Es sollen auch, Ordin. Camerae.*

non admittere compensationem

Tributarii contumaces quomodo coercendi



mer. part. 3. e. 48. vers. Und sol also. R. I. ann. 1576. §. Weiters nach-
 dehme. & seqq. & nominatim subditis statuum poena dupli infli-
 gitur, ipsis dominis ab iisdem persolvenda d. R. I. ann. 1576. §. Die-
 weil denn in dieser, & seq. 1582. §. Diweill denn. & seqq. statibus ve-
 rò ac immediatis eadem poena dupli cum expensis executionis
 Imperio persolvenda R. I. ann. 1542. §. Würde sich aber / & c. Atq;
 hoc modo in obsequio contineri collatores, & prouiores fore tri-
 butarios ad solvenda ea quæ pro communi usu ac salute poscun-
 tur, autumat Imp. l. 2. C. de exactorib. tribut.

Ministri
 collecta-
 tioni pu-
 blicæ o-
 perã na-
 vantes
 jurejurã-
 dõ ob-
 stringen-
 tur,
 remittẽ-
 tes quic-
 quã, co-
 ãrcendi-
 tardãti-
 bus com-
 pulsores
 submit-
 tendi :

LV. Administros publicos, quorum curæ & exactio & ad-
 ministratio pecuniæ publicæ demandata est, ut officio suo sedu-
 lò, ex fide & cum conveniente severitate fungantur, N. 8. c. 8. N.
 15. c. 1. N. 149. c. 2. jurejurando ante omnia convenit obstringi d. N.
 8. tit. jusjurandum. R. I. ann. 1542. §. Damit nun dieser. Et quoni-
 am muneris eorum est, sicuti nihil exigere justò amplius, sic et-
 iam nil quicquam remittere alicui l. 4. C. de annon. & trib. l. fin. eod.
 si aliquid remittendum crediderint, quod aliis remiserunt de-
 propriis facultatibus dabunt d. l. 4. & omne damnum quod fiscus
 inde senserit, ei de suo resarcient d. l. fin. C. de annon. flammæ sup-
 plicio etiam civitatum tabulariis proposito, si injustam cujuspi-
 am profiteantur immunitatem l. 1. C. de immun. nem. conced.

LVI. Imo si remissius saltem exactioni operam dedissent
 præsertim primarii tributorum exactores, submittere ipsis Ro-
 mani consueverunt, qui eos urgerent, quive pro modo culpæ
 multam ab iisdem negligentia exigent, dicti, pro genere tri-
 buti quod incitabant, canonicarii compulsores l. fin. C. de exacto-
 rib. tribut. opimatores i. e. exactores militaris annonæ l. 7. eod. l. 11.
 C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Quibus sc. nihil prorsus negotii
 cum provincialibus sive collatoribus fuit, sed ipsis saltem exacto-
 ribus incubuerunt d. 11. & l. 2. C. de can. largit. titul. cum horum,
 non autem illorum erat exequi contra tributarios d. l. 7. in med. C.
 de exactor. trib.

Pecuniã
 exactam
 iidẽ non
 usurpẽt.

LVII. Quicquid autem pecuniæ hoc nomine acceperunt
 à collatoribus, non sibi sed publico se accepisse administratores
 scire debent, nec ullis penitus, quod ex collatione susceperunt,
 ad quemlibet titulum v. g. mutui dationem usurpare aut ad alias
 neces-



necessitates transferre licet *l. 1. 2. 3. C. de his quæ ex publ. collat. illat. sunt non usurpandis*, nisi malint gravissima severitate, puta deportatione, cum totius substantiæ jacturâ, *l. 3. C. de condit. in publ. horr. jung. l. 1. 3. 6. §. 2. ad L. Jul. pecul.* itemque capitali sententiâ *d. l. 2. in f. C. de his qui ex publ. collat.* suam licentiam coerceri *l. 3. in f. d. t.* Nequè hi tantummodò, sed etiam illi legibus castigantur, qui ab ejusmodi personis, exactoribus sc. tabulariis, arcariis officiisque rationum sine autoritate superiori foenebrem hanc pecuniam sumpserint, detecti enim ad quadrupli poenam tenentur *l. 1. C. de his qui ex pub. rat. mut.* imò sublatis bonis omnibus perpetuo deportationis exilio subdi jubentur *l. 2. eod.*

LVIII. Sed nec diutius retentari ne dicam decoqui à collectoribus tributa collecta debent *l. un. C. de auri publ. persecutor.* Sed, confestim atque exacta sunt, ad thesauros uniuscujusque provinciæ vel etiam ad alios proximos referri *l. 7. C. de susceptorib. l. 1. C. de can. sacr. largit. & sub-obsignatione tabularii cæterorumque;* ad quorum sollicitudinem res pertinet, præpositis thesaurorum consignari, ut exinde ad magna atque suprema Imperii alicujus sive Reipub. æraria dirigantur *d. l. in fin. simile in Recess. Imper. Spira ann. 1542. §. Und gleiches Gestalt. & §§. preced. R. I. de ann. 1570. §. Es sol auch / & seqq.*

LIX. Dictum est hætenus, Tributum esse pecuniam, ratione bonorum quæ in territorio aliquo foventur collatam, restat ut & cætera superius positæ definitionis capita paucis perstringantur, cui sc. fini, quibus personis, & à quibus idem conferatur.

LX. Finem tributariæ collationis, cum omnis actio propter bonum aliquod est & instituitur *Aristot. lib. 1. Eth. c. 1.* necesse est, bonum sive commodum aliquod esse, idque non privatum tantum, sed & *juxta l. 10. C. de annon. & trib. l. 8. C. de exact. trib. & c.* publicum, quia non ideo collatio hæc fit, neque in hoc collata rursus expenduntur, ut soli conferenti vel etiam alii alicui exinde privatim solummodò benè sit, ne dicam cum privato collatorum onere ac detrimento sæpius conjunctam esse tributum illationem; Sed ut illa queant expediri, quæ compluribus, imò universo populo communem afferant utilitatem v. g. ut bello ar-

neq; diutius retentent. Sed quæ ad æraria augentiora em dirigant.

Finis tribuci inferendi, Commodum publicum est: consistens

ceantur hostes, muri extruantur, ministri publici sustententur
&c. N. 149. c. 2. & N. 161. c. 2.

rum in
tuitione
Reipub.
ejusque
status.

LXI. Equidem commodum hoc publicum ita videtur
accipiendum, ut & Reipub. totius, & communem singulorum
collatorum complectatur tuitionem atque utilitatem: In tuitio-
ne totius Reipub. commodum illud publicum, tributis conser-
vandum, situm esse, dubitari nequit, tum quod ipsa respub. civi-
lisque societas hujus gratiâ sit & coëat *per ea quæ tradit Aristot. lib.*
1. polit. c. 1. & 2. tum quod sine eâ possideri illud nequeat; quæ e-
nim in vaga vita populo securitas, vel rerum affluentia, vel vitæ
potest esse commoditas? Cum non singularis, sed multorum
probè unita vis fortius se tueatur, & multa humanæ vitæ requi-
rat & usus & decor, quorum non nisi in conjunctione civili ho-
mines possunt esse participes: unde adeò rectè in d. Novellis con-
stit. impossibile esse, asseritur, ut, sacris tributis non illatis, alio-
quin respublica conservetur.

tū in sub
ditorum
collato-
rumque
utilita-
tibus.

LXII. Quid autem in specie collatores ac subditi omnes
& singuli ex tributis à se illatis commodi sentiant, ulterius ab Im-
peratore. *in dict. N.* audiri expedit: *Militares namq; ait, copie ad-*
signatò sibi salario inde percepto, hostibus resistunt, & collatores à bar-
barorum incursionibus ex truculentiâ vindicant; deniq; agros atq;
civitates à latronum aliòque modò incompositam vitam sectantium,
vi & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: perfruuntur item re-
liqui ordines hinc attributis sibi salariis: muri atq; civitates indidem
instaurantur: publicorum balneorum hinc calefactiones procedunt:
postremo spectacula aliq; omnia, quæ ad delectationem subditorum
inventæ sunt, ex iisdem curantur: & denique omnia alia proveniunt,
quæ communem subditorum utilitatem concernunt. Ut quæ ab illis
contribuuntur, partim in ipsos, partim propter ipsos insumantur &
impendantur.

quãdòq;
minus
licet æ-
qualib;

LXIII. Quibus non adversatur, quod in aliquibus, imò
plerisque rerum pub. formis actu existentibus, singuli ex populo
non æqualem utilitatem, sed alii plus alii minus commodi, tam
ex ipso statu, quam ex tributis ejus tuendi causâ illatis sentiant,
(ita uti fermè videri aliquando possit, potiùs Monarchæ, tyranni,
oligarchorum causâ, quam populi, tributa inferri:) Quoniam
inter-

inter ea certum permanet, nullam dari societatis civilis formam aut speciem, ex quâ salvâ, non aliqua ad omnia, juxta instituta ejusdem sese gerentia membra redundet utilitas, prout exemplis modò ex Nov. Justin. recensitis probare licet, ita ut hanc potius salvam, quàm nullam iisdem experere conveniat; imo donec præter morem nihil immodici exigitur, ne quidem satis justè videntur conqueri posse subditi propterea, quod Regem, Oligarchos &c. plus sibi hinc fortè sumere appareat, modo receptum, à civitate statum probè tutentur, ac securitati subditorum ritè invigilent; tum quod operâ suâ, quæ est maxima illa quam pro universo gerût cura, plus ac alii hi merentur, tum quod in hujusmodi usurpationes, tanquam status istius communiter consequentia consensisse meritò censendi sunt, qui se istiusmodi alicui regimini subjecerunt.

LXIV. Cæterum animadvertendum est circa utilitatem hanc, quam quisque collatò tum pro suo modo ex felici publicarum rerum administratione ac successu peculiariter sentit, eam non tantum finem per se, atque ultimæ sivationis, ut in publicum conferatur, terminum esse; dum, quod quisq; salutem publicam exoptet, imprimis ea causa est, quod sibi exinde benè fore existimet; Sed ex eadem hac quidem causâ; insuper a. & ex Dei Gloriâ ac salute proximi trigeminum hic à natura ipsa necri vinculum, quo tanquam debitores Reipub. ejusdem salutem conferre firmò æquitatis nexu obstringamur. Scilicet ad beneficium nobis exhibitum remunerandum naturaliter dicimur obligari l. 25. §. II. de petit. hered. Et quoniam super omnia creatoris ac summi benefactoris Dei nostri cultus honor & gloria nobis commendatissima esse debet: Ad proximum etiam beneficio afficiendum naturalis nos constringit cognatio l. 3. de justit. & jur. l. 7. de serv. exportand. nullus verò æternâ illâ majestate dignior ac debitò magis splendore institui queat cultus, quam in Republica benè se habente publico sumptu potest fieri; ex conservatione etiam salutis atque tranquillitatis publ. sicuti propria, sic quoque concivium & magnò sæpius numerò populi dependeat utilitas: meritò etiam hæ inter obligatorias conferendi causas referuntur. Et ni fallor eadem illa est causarum triga, quâ per naturam patriæ

Funda-
mentales
tributa-
riæ obli-
gationis
causæ.



amori atque obedientiæ adstringi dicamur juxta *l. 2. ff. de justit. & jur. l. 1. §. 15. de ventr. in possess. mitt. in tantum ut & liberorum. l. 19. §. 7. de capt. & postlim. parentumque l. 35. de religiof. caritas sequiori nobis loco debeat esse.*

Divis.
tributi
in ordin
& extra-
ordin.

LXV. Quoniam autem commodum illud publicum, etiam ceteris Reipub. proventibus superius recensitis commune est cum tributis, plura in specie ejus declarandi causa addere hujus non est loci. Saltem notanda venit distinctio, quæ ex hoc causæ genere potissimum resultare videtur, tributis, in Ordinarium & Extraordinarium. Namque prout statæ atque ordinariæ sunt Reipub. sustentandæ necessitates ac causæ, eatenus etiam earundem causâ collationes atque pensitationes ordinarias esse convenit; Quatenus vero præter spem atque extra ordinem quid publicæ necessitatis incidit, idq; tantum, ut ordinariè collata ei non sufficiant, eidem extraordinario quoq; auxilio subveniri opus est:

Ordina-
rium est
quod p̄,
ditur
ob neces
sitates
Reip. cō-
tinuas.

LXVI. Esse vero ejusmodi necessitates publicas, quæ sine majori aliquo sumptu, & consequenter sine pensitationibus publico perpetim illatis, rectè curari nequeant, dubium esse non potest respicienti ad perpetuam Reipub. functionumque publicarum administrationem, ad salaria atq; præmia quibus sustentandi ac fovendi tum Ecclesiæ, tum politiæ, judiciorum rei que militaris administri, ad opera publica extruenda & conservanda, ad splendorem Majestatis sive autoritatis eorum penes quos summa Imperii est, decorè tuendum, deniq; ad omnis generis munimenta subsidiaque, de quibus in securitatem publicam in futuros etiam casus prospiciendum est. quorum pleraq; cum in municipiis ac ditionibus subjectis usu quoq; veniunt, in tributis ejusmodi illæ quoq; carere non poterunt.

statis tē-
poribus.

LXVIII. Genera autem quæ sint talium ordinariarum collationum, ex eo quod certo tempore, quotannis plerumque, continuò inferuntur, *l. un. C. de collat. donator. vel relevat.* facile licet dignoscere. Exemplò sunt pensitationes istæ, quæ in Romano Imperio agris provincialium fuerunt impositæ *Liv. lib. 7.* quæ inde prædia stipendiaria ac tributaria fuere dicta *§. 41 I. de rer. divis. It. vectigalia l. 7. C. de publ. & vectigal.* Ipsum vero tributum vecti-

vectigal d. l. & t. r. si ager vectigal. pet. Item pensitatio anniversaria l. un. C. de collat. donator. canon l. 1. C. de indict. l. 9. & 10. C. de fund. patrimon. l. 8. C. de excusat. mun. veluti canon largitionum tit. C. de can. largit. tit. junct. tit. C. de offic. com. sacrar. largit. inde sine dubio ita dictus quod destinata hæc erat pecunia ad merum principis arbitrium & facultatem inde cuicumque vellet largiendi.

LXVIII. Verum collationes hæc ordinariæ, quoniam perpetuâ plerumque atque semper valiturâ lege modum suum habent præscriptum definitumq; l. 8. §. 3. de vacat. mun. junct. l. un. C. de vacat. mun. publ. de jure ipsarum minus nasci potest dubij: Unde etiam pleræque ab interpretibus juris, de æquabilitate census, de causis collationis legitimis, de personis qui exigant, quiq; conferant & similibus, institutæ tractationes, non tam hæc, quam eas, quæ extra ordinem indicuntur, collectas potissimum respiciunt.

LXIX. Et posse quidem extra ordinem contributiones aliquas indici, quoties illud vel emergens aliqua necessitatis vel insignis Reipub. exposcat utilitatis causa, haud est ambiguum. Inter causas vero, quæ pro casuum varietate multæ possunt esse ac variæ, primùm urgentior quædam Bellum est. Id enim, ubi Reipub. conditio gerendum sustinendumq; deposcit, cum immodicos requirat sumtus; neque modum neque metam contributionum, sive species sive quantitatem respicias, admittere, nostra, proh dolor! calamitosa experientia plus satis nos edocuit. quin etiam olim maximorum tributorum primam atque potissimam fuisse causam, ex monumentis superiorum temporum satis liquet. Quemadmodum, ne alia accumulem, de celebri illa Romanorum tributi collatione, qua patres atque ditiores plaustris æra advexerunt, reliqui spreto tribunitio auxilio certamen qf. conferendi subierunt, Livius lib. 4. asserit, eam à Senatu decretam esse, ut stipendium miles de publico acciperet; Similiter R. I. de ann. 1582. §. Wir seynd auch dieses/ & penè in omnibus superioris seculi Recesibus Imperij eadē hæc ratio, gerendi sc. belli contra hostes externos, imprimis contra Turcam, auxilium collectarum excitavit; imò eo in casu, ubi patriæ ejusq; membris

Extra ordinarij, præcipue causæ sunt bellum.

periculum invasionis hostilis imminet, & quies publica turbari incipit, deliberandum censent Imperij ordines, quomodo & qualiter, non an gravatis succurrendum sit? *R. U. zu Trier und Eöln Ann. 1512. §. ob temand.* Huic causæ propinqua est redemptio pacis, ubi vel ob metum belli aut militaris aliusque hostilis violentiæ, quandoque infensis atque suspectis potestatibus vicinis, vel etiam juxta territorium belligerantibus pensiones sunt inferendæ.

Opera publica, LXX. Opera deinde publica, veluti viæ, portus, muri, val-
la, aggeres, aquæ ductus, templa & complura ejus generis alia pro
communi necessitate atque usu tum nova facienda, tum vetera
firmanda & reparanda, justè sæpius adscriptionem extraordina-
riam collectæ injungunt, *l. 7. 12. 19. C. de operib. pub. l. 2. C. de im-
mun. nem. conced. l. 27. §. 3. de usufr. l. 7. C. de SS. Eccles. l. 4. C. de
functio. privil. dom. aug. add. Lips. lib. 3. de magn. Rom.* Idem dicendum,
nes pu- blicæ. si aliarum functionum publicarum sumtibus ordinaria non suf-
ficiunt, v. g. si legatis legativum dandum, *l. 18. §. 12. de mu-
nerib. & honorib. l. 12. C. de excusat mun.* sumtus judicii atq; exe-
cutionis criminalis faciendi, *Constit. crim. Caroli V. art. 204.* ju-
dices atque adfessores sustentandi *§. und diessel wir / R. I. 1521. & c.*
as alie- rum Grande quoque æs alienum si quod à Repub. vel à Principe ob-
tuendas Reipubl. necessitates fuit contractum, si aliunde non
potest, ex subditorum extraordinariis collationibus meritò est
sarcendum, quò & fides publica fervetur, neque solutione dilata
majori forte usurarum oneri aliisve incommodis civitas fiat
obnoxia.

honor atq; ne- cessitas superio- ris. LXXI. Sæpè etiam necessitas & honor ipsius domini, si
majestas aut Imperium aliquod eidem in Rempublicam compe-
tit, justam collectis præbebit causam, vi etiam homagij ac jura-
menti fidelitatis, quo ad vitam corpus atque honorem domini
subditi se obligant, *c. un. in fin. ll. F. 2. qualiter jurar deb. vasall.*
Ad necessitatem domini referenda captivitas ejus, *arg. c. 2. v. item
si delator ll. F. 2. que sit prima caus. feud. amitt. c. licet ll. F. si de feu-
do de funct. content.* Honori principis ea inservit pecunia, quæ v.
g. pro ejus coronatione confertur, quæ in Imperio nostro venit
nomine des *Römerzugs / R. I. ann. 1521. §. und als wir. 1522. pr.*
Cui

eui simile est, quod ex Livio, Dione Casio & aliis rei Romanæ scrip-
 toribus collegit Lipsius *lib. 2. c. 9. de magnit. Roman.* de coronis
 aureis & in eorum locum postea succedente auro coronario,
 quod tum Augustis tum aliis etiam Imperatoribus bellicis à ci-
 vitatibus & provinciis, & ab ipsis etiã Italiae populis, in festivitàte
 Triumpho, adoptionis, funeris, initiationis Imperij oblatum est,
 quo de auro coronario vestigium aliquod reperitur quoque in
tit. C. de auro coron. Huc referendus mos ille, sub initium no-
 vi anni pro salute principū vota suscipiendi, iisq; devotam quan-
 dam oblationem faciendi, *l. un. C. de oblat. votor. l. 223. §. 1. de
 V. S.* Item quod de collectis pro maritandis filiabus Principum
 exigendis, communi Germaniæ usu receptum testatur Mynsin-
 gerus *Obs. 23. n. 4.*

LXXII. Notandum vero hoc loco est, quæ ex plerisque
 supra dictis ac similibus causis extra ordinem indicta oblatave
 sunt tributa, sæpius contingere, ut eadem etiam forma vel ali-
 quoties saltem iterentur, adeoque ipsis ordinariis quodammodo
 adsimulentur. quemadmodum Imperatores à se superindicto
 illam aliquando finxisse videmus naturam, *l. 1. C. de indict. l. 5.
 C. de annon. & tribut.* quod non ordinarium amplius ut ante, sed
 canonicum nomen acceperit: Sicuti & devotam illam oblatio-
 nem, quæ in felix novi anni auspiciū principibus fuit facta, u-
 niuscujusque sedulitas principibus suis deinceps sequentibus
 annis semper inferre jubetur *l. un. C. de oblat. votor. lib. 12.* Aurum
 quoque coronarium illud ex consuetudine cepisse perpetim in-
 ferri colligitur *ex d. l. un. C. de aur. coron.* cujus Exempla ad-
 ducit Lips. d. locò ex Suida, de Rhodijs, coronarium vectigal
 quotannis Romam mittentibus; & ex Procopio *lib. 1. de Goth.* de
 Theodato rege Gothorum; quomodo pactus is sit cum Petro Ju-
 stiniani Imperatoris Duce, ut decederet Sicilia tota, seque quot-
 annis Coronam auream 300. librarum missurum Justiniano.
 imò vel hodiernis tributis bellicis, eandem continuationis for-
 tunam vidimus obtingere.

LXXIII. Unde liquet, omne istud tributū q̄ ita extra ordinem
 fortè indicitur, nomen extraordinarij non ita quidem simplici-
 ter tueri, puta, quatenus eodem ordine modoq; continuatur per-
 petua-

Extraor-
 dinaria
 tributis
 ordina-
 riis quã-
 doque
 adsim-
 lantur.

certo li-
 cet mo-
 do extra-
 ordina-
 rij nomē
 tu nturj



petuaturve; tueri tamen ratione tum initij, tum finis: finis scilicet quatenus causa ejus non est adeò perpetua, quin spes sit eam aliquando cessaturam, merito enim hoc intuitu extraordinarij & nomen & omen retinet, ne quod necessitas populo imposuit oneris, cervices ejus sine intermissione cessante etiam causâ, quod iniquissimum foret, atterat. Exemplum talis remissionis habetur in *Ordinat. Regim. facta ann. 1500. tit. zu ausgang der sechs Jahren*. Ratione verò initij, extraordinarij quoque nomen dictum tributum tuetur, quatenus cum intentione extraordinariæ impositionis ex improvise inopinatove *juxta descriptionem l. 8. §. 3. de vacat mun. l. pen. C. de omn. agr. desert.* forte à Magistratibus indicuntur: Magistratus autem vocem, cum in genere extraordinaria tributa hoc loco describenda sunt, paulo pinguius accipere debemus, atque in d. ll. accipitur, puta pro omni eo, qui jus habet tributi indicendi: quo sensu ferè ab Apostolo usurpatur, ubi magistratui obsequium asserit *Rom. 13. v. 1. & seqq.* & cui tributum debeat tributum adsignat *ib. v. 6. & 7.* Sed de magistratu hoc, qui persona est tributum indicens, nunc porro est dicendum.

Vox magistrat9.
Personæ quibus tributi indicendi jus est sunt

LXXIV. Ad personas igitur quod attinet, quæ suâ autoritate & consilio collectandi sive tributa populo indicendi jus habent; eas, in genere videtur adserendum, tales oportere esse, quæ cum potestate de summis ad civilis societatis peculiare bonum pertinentibus rebus decernendi præsumunt: Ad has enim cum pertineat publici status tuendi cura, tributi quoque exactio tanquam medium eidem necessarium eisdem uti competat necesse est, *arg. l. 2. de jurisdic.* Quin tributum inter munera refertur publica, *l. 6. in fin. de munerib.* munus autem publicum id etiam esse dicitur, quod imperio eorum, qui jubendi potestatem habent, necessario obimus, *l. 214. de V. S.* ubi notare licet, jubendi potestatem imperiò, quod magis absolutum jubendi jus denotat, declarari: hisce igitur si tributum tanquam munus publicum indicentibus parere necesse sit, illud eisdem indicendi jus erit. quorum quidem duo habentur genera, alterum eorum penes quos absolutæ alicujus Reipubl. est majestas, eorum verò alterum, quorum de civitatum ditionumve sub universali Imperio contentarum negotiis publicis statuendi jus est.

LXXV. Et

LXXV. Et posse quidem tributum indicere eos, siue unus sit, siue plures, penes quos summus residet Imperii dominatus siue Majestas, per rationes modo adductas minus habet dubij; unde etiam inter regalia refertur *U. F. 2. quæ sunt regalia*. collectatio, quasi ad eos maximè pertinens, penes quos potestas verè regia i. e. suprema est: quemadmodum in principatu Romano, omnem circa tributa dispositionem solius principis auctoritati reservatam fuisse patet ex *l. 13. l. 4. C. de annon. & tribut.* similiter ubi penes populum vel optimates superioritas Reipublicæ est, citra comitia & consensum eorum tributum indictio fieri non debet. De collectis Imperij nostri Germanici, ex multis Imperij Recessibus & Constitutionibus liquet: eas non ex arbitrio solo Cæsareo, sed cum communi statuum deliberatione & consensu imponi consuevisse, *Röntgl. Sakung zu Wormbs ann. 1495. tit. vom gemeinen Pfennig / Ordn. des Regiments ann. 1500. rubr. der Türcken halber. R. A. zu Speyr / 5. und wievol nun / &c.* imò in ipsa capitulatione cæsarea, à Cæsare, dum eligitur, juratâ fide acceptâ, inter alia præcaveri solet, ne fas sit Imperatori, absq; statuum consensu, etiam necessitate urgente vestigalia aut tributa nova imponere vel vetera urgere, juxtâ quam apparet ex conditionibus Carolo V. in electione ann. 1519. præscriptis, ex relatione Sleidani *lib. 1. Comment.* de quæ aliis modernis regnis simile adserunt autores: veluti de regno Galliæ Bodinus *lib. 6. c. 2. de repub. Angliæ, Cominæus lib. 5. comment. Hispaniæ, Parladorus rer. quotid. Hungariæ, Daniæ, Poloniæ, Heig. quæst. jur. 18. n. 8.* quod quidem multò magis obtinebit in iis Rebuspubl. quæ regni nomine haud cluunt, quales v. g. Veneta, Batavica, &c. Ratio in promptu est, non modò ea, quod eorum inter sit aliorum iudicio in constituendo collectarum modo non gravari, cum forte ipsimet rem minus rectè institui ostendere possint; sed & ea potissimum, quod ad hosce, qui partem supremi consilii in Rebuspubl. constituunt, ptopriò jure hæc deliberatio pertineat. Alios verò ex subditis ad consultationem de tributis decernendis præterea adhibere consilii magis est quam necessitatis.

LXXVI. Sin verò etiam contingat in hujusmodi Optimatum, popularibus, mixtisque Rebuspubl. nonnullos, ex Ordinibus

F

In ab-
solutis
Rebus-
publ.
Illæ pe-
nes quos
earundè
est ma-
jestas.

valente
etiam
decreto,
facto à
majori
parte, si
plures
nibus sint.



nibus populo ve legitime convocatis, emanere, reliqui recte quod ex usu publico hic est decernunt, & quod à majori parte præsente ita decretum est, etiam absentes, quorum vota pro isthac vice non attenduntur, arg. *S. und welcher Churfürst / Aur. Bull. t. 2. c. 19. X. de elect.* obligat per l. 3. & 4. quod cujusq; universi. nom. *R. I. de ann. 1500. S. nach dem auch / 1512. S. es sollen auch.* refertur enim ad universos, quod publicè fit per majorem partem, l. 160. §. 1. de *R. I.* Simili modo & quod à præsentium majori parte statuitur, universi ratum habere tenentur, arg. *S. wenn aber sie / A. B. tit. 2.* modò tamen iidem statuentes, simul major pars universi consilii sint, ne paucorum pertinaciæ atque præcipitationi facilè concedatur, pluribus & aliter & forte melius sentientibus præjudicare. Cæterum nbi paria forte accidat vota collidere, rem eminentioris cujusdã judicio ac decisioni committere haud inexpeditum est, arg. l. 28. de re judic. *R. I. ann. 1576. S. da dann die Sachen.* Ipsi vero & deliberationis ac decreti efformandi modum quendam, usus Comitiorum Imperii nostri facilè suggerit: ubi nimirum ab eò, qui in majori parte inter cæteros autoritate pollet, & res & causæ ejusdem una cum urgentibus circumstantiis proponuntur, propositione verò factâ cæteri deliberatione communiter instituta votisque collectis de pensationis modo constituunt, *R. I. ann. 1557. S. wenn es aber / 1576. S. nach dem diese.* constitutumque publicare curant: juxta ac per Recessus Imperii promulgatas in hoc negotio toties factum videmus.

LXXVII. Porro ad potestatem, collectas particulares in civitatibus aliisque universali Reipub. subjectis ditionibus indicendi, quod attinet, ea duplicem considerationem desiderat, nimirum an, & quibusnã in iisdem detur: Equidẽ, quod competat municipiis aliisque ditionibus subditis hoc jus, probatur l. 8. §. 3. de vacat mun. ubi magistratibus municipalibus collationũ inditio tribuitur: *add. l. 27. §. 3. de usufr. l. 27. de V. S.* Sic status imperii nostri, tum principes tum civitates, non tantum universalia tributa ab imperio indicta, nostris dicta *Reichs. Creuren /* de quibus *R. I. ann. 1512. S. nach dem Churfürsten / 1582. S. und nach dem me / &c.* sed etiam specialia ob privatas provinciæ vel civitatis necessitates exigunt, *R. I. Spira ann. 1544. S. es sollen auch / &c.* Neque id immeritò: eo ipsò enim, quod jus habendi civitatis ac Reipub.

2. In ditionibus ac civitatibus subditis. quia collectandi facultas jure illis quoque competit.

Reipubl. iisdem competit, utique & media conservacioni earum
adæquata, quale tributum est, ipsis nō sunt deneganda, *arg. l. 1. §. 1. quod cuiusq; univers.* Idque vel maximè ob similitudinem illam,
quâ statum suum referunt ad modum Rerumpub. absolutarum:
nam etsi in respectu Reip. superioris privatorum loco habeantur
municipia, l. 16. de V. S. in se tamen considerata statum aliquem
publicū, bona publica, vectigalia, tributaq; sibi tribuunt publica
per l. 15. & 17. de V. S. Atque ita, cum independentibus Rebus-
pub. idè jus sit tributa exigere, ut se suosq; tueri, & commodum
publicum rectius tutari possint; hæ quoque subjctæ eundem fi-
nem suis collectis rectè prætendunt, quatenus in injuriam status
superioris nihil moliantur, neque aliàs fines legitimæ conditio-
nis suæ statusq; excedere nitantur: tum enim cessante & inversa
causa, cujus gratia facultas hæc iisdem permissa est, etiam jus me-
ritò cessat atque invertitur.

LXXVIII. Quod autem de jure civitatum hic dicitur, non
tantum de iis intelligendum est, quorum status immediatè su-
premæ potestati subjacet, sed de iis etiam, quæ mediata atque se-
quioris sunt subjctionis. Imò quibuscunque societatibus qui-
bus supernè permillum est corpus collegii habere, proprium esse
dicitur l. 1. quod cuiusq; univers. nom. ad exemplum Reipubl. ar-
cam habere communem: quamvis de harū societatum collectis
notandum esse videtur, cum tributum definitore Varrone pecu-
nia sit populo imperata, populi autem nomine indigitari non
consueverit, mercatorum, artificum, literatorum, militum ac si-
milium societatum membra, eas non propriè tributi, sed sui ge-
neris, collectarum scil. aut collationum nomine potius indigi-
tandas esse.

LXXIX. Quibus autem hoc jus indicendi tributi in sin-
gulis hujusmodi inferioribus Rebuspubl. præ aliis competat, ju-
xta analogiam potestatis, quæ in Rebuspubl. absolutis occurrere
solet, cum & hæ & illæ ejusdem sint essentiæ res, societates nimi-
rum civiles formatæ, dijudicandum erit: scil. prout in speciem
vel principatus vel oligarchiæ, vel status popularis mixtive ex his
illæ incidant, ut eatenus quoque jus indicendi exigendique
tributi princeps aliquis, oligarchæ vel populus inibi habeant, idq;
jure proprio consilii publici & quasi imperii ipsis lege vel à supe-
riore



riore concessi, per l. 1. quod cuiusq; univers. junct. l. 239. §. 5. de V. S. l. 14. ad municipal. e. g. cum in municipiis Romanorum, consilii publici & municipalis superioritatis jus erat penes decuriones, per l. 46. C. de decur. l. 6. §. 1. 5. l. 11. ff. cod. tit. de decret. ab ord. faciend. l. 239. §. 1. de V. S. id est, eos, qui in ordinem nobilium municipiorum istorum legitime erant recepti per N. 38. pr. l. 2. §. 2. l. 7. §. 2. ff. de decur. t. t. de alvo scrib. penes hos quoq; tributi, civitatibus peculiaris commodi causa, indicendi jus fuisse, consequitur, neque aliud infertur ex l. 8. §. 3. de vacat. muner. & similib. textib. ubi jus indicendi collationes magistratibus tribuitur: quod vox magistratus hoc loco non pro magistratibus in specie dictis, iis sc. quibus ex decurionibus publicarum rerum administrandi ratio est commissa, prout sumitur in l. 1. C. de magistr. municipal. l. 8. §. 9. & c. ff. de munerib. Sed pro superiori imperandi potestate accipi & possit & debeat; neque enim illis sed huic, ordini videlicet decurionum universo in municipiis, de publicis in synedrio decernendi potestas fuit, per l. fin. & t. t. de decret. ab ord. fac. l. 1. C. de decret. decur. add. th. 73. in fin. & seq. Unde, etiam si magistratus verbum in d. l. quis in altera significatione accipere malit, is, non jus sed factum indictionis, non jus decernendi tributum sed executionem decreti, Magistratui ibi tribui, fatebitur.

Non ma- LXXX. Equidem hoc certum est, extra rationem consilij
gistrat9. publici & superioris potestatis, nulli, cujuscunq; etiam sit dignitatis in Republica, tributi exigendi potestatem competere, per l. 8. C. de excus. mun. l. fir. C. de annon. & tribut. ita, uti, quod alibi l. sc. 6. §. 1. de tutelis. de tutelae datione dicitur, eam neque Imperii esse neque jurisdictionis, id est, non competere eam alicui statim atque Imperium vel jurisdictionem habeat, idem etiam dici merito possit de indictione tributi. Etenim adeo a magistratibus proprie ita dictis tributi exactio remota est, ut ne Praefecto quidem pratorio, (cujus alias amplissima omnium juxta Imperatorem in Imperio, & dignitas & potestas erat, juxta ac illa describitur in l. 2. §. 19. de Orig. jur. l. un. de offic. praef. prat. t. t. C. de off. praef. prat. Or. Illir. & African. & c.) parere quisquam opus habuit, si sua autoritate tributorum nomine quicquam exigeret, l. un. C. de super indict. nisi forte summa atque urgens publicae rei neces-

necessitas id requireret: ubi tamen solutio illa quamprimum ad Imperatoris scientiam, ut eò jubente roboraretur, referenda fuit, *l. 8. C. de excusat. mun.* Si tamen cives ultrò quid conferant, forte ad ludos & publica spectacula, populi studia nò vetantur amplecti magistratus, modo in usum, in quem collatio facta est, collata inferri curent, *l. 1. C. de spectaculis.* nisi etiam hæc pro tempore necessitas atq; securitas communitatis aliò impendi poscat, tunc enim ad necessitatem illam eadem transferre Magistratui superiori permittitur *l. un. C. de expens. ludor. publicor.*

LXXXI. Convenit huic loco, quærere: si diversæ quædam Respub. & status, communi sociantur & causâ & periculò, an qui status communis tutelæ administrationem consensu cæterorum arripiunt, à subditis cæterorum, qui licet actui se non admisceant, suam tamen causam simul agitari agnoscant, in auxilium expeditionis tributa exigere possint? R. Illos simpliciter & qua talia sibi debita eadem exigere haud posse, tum ob defectû ejus quod hic requiritur per *ib. 74.* Imperii, quod in parem sibi non subditum nemo obtinet *l. 13. §. 4. ad Trebell. l. 4. de recept. arbitr. l. fin. de jurisdict.* tum quod non tributum sed subsidium pecuniæ ipsis à sociis debeatur, quam undecunque velit etiam ex aliis suis redditibus exsolvere cuivis Reipub. liberum merito relinquitur. Ex accidenti tamen, quatenus talis quædam Respub. communis causæ socia, debitum auxilium vel denegat planè, vel etiam detrimentosâ morâ differt, nec alia expeditiora id consequendi media suppetunt, permissivi juris videtur esse, in modum collectæ & contributionis pecuniam debitam per dictos administratores erui; tum ideò ne quid vel communis causa, & commodum, communem inducens obligationem per *l. 10. d. R. l.* patiatur detrimenti, vel ipsi etiam qui administrant propter officium suum in damno hæerere cogantur: tum quod aliàs juris sit, etiam privatos jus atque debitum suum propria autoritate occupare posse, ubi periculum sit, ut judiciali viâ id obtineri damnumve emendari possit per *l. 10. §. 16. que in fraud. credit. t. C. quando lic. unicuiq; sine jud.* unde igitur nec Rebuspub. id denegari potest. An verò idem jus concertantibus etiam adversus eos competat, qui neutri parti se addictos profitentur, nec causam ad se pertinere exi-

An qui
cõmunẽ
causam
bello tu-
entur?



re existimant, minus quidem liquidum est: pro negativa niti videtur commuae jus & ratio, quã incõgruũ est, alteri per alterum, cui nullo peculiari jure obnoxius est, iniquam conditionem inferri. Pro affirmativa experti sumus certare arma. Forte circumstantiarum scrupulosa distinctio & æquitas & iniquitas rei expediri quodammodo posset; nisi satius esset odiosa tacere quam eloqui.

Qui cõ-
tribuit.

Omnes
sc. nõ ha-
bitã ra-
tione cõ-
ditionis
aut pri-
vilegii
persona-
rum,

LXXXII. De personis porrò contribuentibus videndum: Quã onus contributionis supportate teneantur; quã à quibus tributis immunes sint; & unde hæc immunitas iis obveniat. Et supportare quidem hoc onus, (tum, quod ob causas th. 64. adductas, utilitatibus publicis obedire omnibus conveniat *l. 1. inf. C. de navib. non excus.* tum, quod patrimonii hoc munus sit,) generaliter tenentur omnes, *l. 2. & fin. C. de munerib. patrim.* modò unde erogare possint habeant, *per l. 6. §. 2. de munerib.* nec lege, indultu magistratus aut usurpatione legitima immunitatem abinde adepti sint. Adeo ut & merita & conditiones pleræque hominum, ab aliis muneribus privilegio aliquo vacationem præstantes, ab hoc munere excusationem non tribuant *l. 10. & 11. ff. de vacat. mun.* scil. haud interest civisne an peregrinus quis sit qui bona in civitate possidet, cum etiam hospites in hac causa recipiendi sint *l. 3. C. de munerib. patrim.* & hujusmodi obsequia etiam hi qui neque municipes neque incolæ sunt agnoscere cogantur. Præterea non liberorum numerus, ætas *d. l. sexus l. un. de mulierib. in quo loco. l. pen. de munerib. patrim.* famulitium §. Unde *Wiewol. R. I. ann. 1542.* non merita militiæ *d. l. 11. de vac. mun. l. fin. §. 24. de munerib. l. 4. pr. de veteran.* non Philosophiæ & liberalium artium cultura *l. 8. §. 4. de vacat. mun. l. 6. C. de munerib. patrim.* non pontificatus *l. 18. §. 24. de munerib.* non ulla denique nobilitatis aut dignitatum privilegia commodis hisce atque necessitatibus publicis obistere posse adserit *l. 10. C. de annon. & trib. l. 2. C. de privileg. Scholar.* Unde nec ipse Imperator, qui nobilissimus *l. 3. de natalib. restit. prædiorum suorum* ratione ab omni in tributione olim immunis erat, sed ea conditione, quã cuncti illi, canonicas necessitates sustinebat *l. 2. C. de privileg. dom. aug. l. 4. C. de exactorib. tribut. l. 10. C. de excusat. mun.* imò omnis possessio

fessio tributaria à divinâ domo aut quibuscunque aliis dignita-
 tis personis comparata, ob Reipub. functiones non agnitas, rigo-
 ri publicationis subjacere jussa *l. 8. C. de exactor. trib.* In Impe-
 rio quoq; nostro Romano-Germanico non subditos tantum sta-
 tuum, sed ipsimet etiam status ratione priorum bonorum re-
 dituumque, wegen ihrer Kammergüter/collectari contingit *Ord.*
Regim. ann. 1500. §. Item des heiligen Reichs/R. U. zu Speyer ann.
1542. §. Demnach haben & seqq. §. Es sollen auch alle Churfürsten/
& c. ex quibus colligitur jure communi neque nobiles neque al-
 terius conditionis aut dignitatis personas v. g. cōsules in civitati-
 bus à collectis excusari, neque eosdem jure Imperii nostri ab o-
 mnibus tributi speciebus immunes prorsus esse; quamvis ex pri-
 vilegiis principum & consuetudine provinciarum in certis colle-
 ctandi generibus diversum sæpius obtineat *Pet. Frid. Mind. c. 46. n.*
14. Heig. part. 1. quest. 18. n. 22.

LXXXIII. Sed & si in genere immunitas publicorum ci-
 viliumque munerum alicui est concessa, ista ad hoc & similia pa-
 trimonialia munera se non extendit *l. fin. §. 29. de munerib. l. 3. C.*
de munerib. patrimon. l. 10. pr. de vacat. mun. nisi quod collatio-
 nes à Magistratu municipali, necessitate minus urgente, indictæ
 rectè recusentur *l. 8. §. 3. de vacat. mun. junct. l. 6. eod. & l. un. C. de*
vacat. publ. mun. l. 2. C. de immun. nemin. comed.

LXXXIV. Sin autem in specie alicui vel ab ipsis tributis
 vel à muneribus saltem patrimoniorum immunitas fuerit data,
 ab omni utique tributorum genere, tam ordinariorū sc. quam ex-
 traordinariorū [præterquam ubi insignis Rempub. urgeat ne-
 cessitas, vel etiam disertè omnium privilegia cessare jussa sint] li-
 ber erit *per l. 11. de vacat. mun.* Cujusmodi apparet extitisse privi-
 legium juris Italici quod appellatur *l. 8. pr. & §. 7. de censib.* olim
 compluribus etiam civitatibus per provincias, à Romanis con-
 cessum. Exempla sunt in *l. 1. 6. 7. 8. de censib.* Item illud huc vi-
 detur referendum esse privilegium, quò rescripto D. Pertinacis
 patri 16. puerorum munera omnia remittuntur *l. 5. §. 2. de jure im-*
mun. cui assimilat Cujacius l. 24. C. de decurionib. cujus rei duplicem
 licet annotare rationem, unam, quæ in d. l. 5. est expressa, quod
 sc. parens hic jam ante tot liberorum educatione multum grave-
 tur;

nec con-
 cessæ im-
 munita-
 tis publi-
 corū mu-
 nerum:

nisi in
 specie à
 tributis
 vel mu-
 neribus
 patrimo-
 niorum
 immuni-
 tatē ha-
 beant cō-
 cessam
 veluti
 civitates
 juris Ita-
 lici.
 pater 16.
 puerorū

tur;



atur; alteram, quod tantum civitati numerum civium suggerens,
de Repub. benè mereri censeatur *per l. 1. §. 15. de ventr. in possess.
mitt. l. 1. solut. matrim. & propterea merito excusandus sit arg. pr.
I. de excusat. tutor. junct. d. l. 5. §. 2. de jur. immun.*

Ecclesia
& perso-
na Eccle-
siastica,

LXXXV. Similiter Ecclesiis atque personis Ecclesiasticis
immunitas omnis generis exactionis & collectæ conceditur *l. 5.
C. de SS. Eccles. l. 2. cum auth. seq. C. de Episcop. & cleric. id quod
ab Ægyptiis quoque observatum legimus, Genes. 7. dum, totâ Æ-
gypto Regi stipendiariâ factâ, soli agri sacerdotum excipiebantur.
Est & Artaxerxis mandatum Esdr. c. 8. à sacerdotibus omne pe-
nitus tributum exigere interdicens. Quod autem de Ecclesiæ ejus-
que bonorum immunitate dicitur, idem etiam intelligendum est
de bonis Ecclesiæ donatis & nondum traditis, sive pecunæ illa
sint. sive aliæ res fructusve; ita ut donator, etiamsi in commodum
Ecclesiæ negotietur cum re donatâ, inde tributum nomine nil sol-
vere teneatur; quia, dum avocari ab eo donatum potest *per §. 2. I.
de donat. l. 35. C. de donat. l. fin. C. de SS. Eccles. imò, juxta gloss. in d.
ll. & in c. 2. X. de consuetudin. dominium rei donatæ & per conse-
quens omnis accessio & fructus una cum re ad Ecclesiam perti-
nent per §. 19. 20. 31. & c. Inst. de rer. divis. in bonis ejus illud non
censetur esse per l. 190. de R. I. neq; adeò tributum inde, licet pos-
sideat rem, solvet.**

Professo-
res studi-
orū libe-
ralium,

LXXXVI. Porro immunes quoque sunt à tributis aliisq;
muneribus realibus Professores studiorum liberalium *l. 3. 4. 6. C.
de profess. & medic. & medici d. l. 6. eod. utriq; etiam emeriti ac ho-
nestè missi d. l. 6. & l. fin. eod. una cum uxoribus & liberis d. ll. i-
temq; viduis, donec illæ ad alias non transeunt nuptias arg. l. 13. C.
de dignitat. l. 8. ff. de senatorib. Quod tamen intelligendum est
de iis liberalium artium sectatoribus, quibus in ordinem atq; nu-
merum receptis publicè hoc officium demandatum est *l. 2. 7. C. de
professorib. & med. l. 6. §. 2. & seqq. de excusat. tut. l. 12. C. de excus.
mun. ad cæteros vero hæc immunitas se non extendit per d. ll. & l.**

Advoc.
Camera
Ministri
publici
&c.

*8. §. 4. de vacat. mun. l. 6. C. de munerib. patrim. Datur etiam
privilegium hoc Advocatis Camerae, Ordin. Cam. part. 1. t. 49. §. 1.
Item Consiliariis Imperatoris aliorumq; Imperii principum idē
adserit Wesembec. Consil. 40. n. 41. Quin usu docemur, alios
quoq;*

quoq; principum civitatumq; ministros, vel statutis vel consuetudine, plerisq; popularibus tributis, pariter ac cæteros, non subjugari; non immeritò quidem, tum ob merita in Rempub. tum quod aliis rei familiari operam dantibus, hi ministerio publico operam suam impendentes sua cogantur sæpius negligere.

LXXXVII. Solent & tributorum certæ species aliquibus interdum remitti, quemadmodum de tributo capitis, à Vespasiano Cæsariensibus remisso, testatur *l. 8. §. 7. de censib.* idemq; in Syriis ante quatuordecimum annum masculos & ante duodecimū fœminas, utrosq; vero post sexagesimum annum non solvisse, habetur *in l. 3. pr. eod.* Sic de relevatis possessionibus quibusdam p dispositionē Antiochi mentionem facit *l. un. pr. de collat. donat. vel relevat.* Ita & illi qui fundos ad patrimonium principis pertinentes vel in perpetuum i. e. jure emphyteutico, vel ad tempus habebant conductos, quoniam præstationes eorum pactis & conventionibus determinatæ erant, illò gaudebant privilegio, ut quoad extraordinarias indictiones, pari cum cæteris non censerentur, sorte, præter primum sc. delegationis canonem & annonarias functiones pensitationesque annuas nihil præstantes *l. 10. & 15. C. de excus. mun. l. 1. C. de collat. fund. patrim. & emphyt.*

LXXXVIII. Verum enim vero, quæcunq; illa sint privilegia atq; immunitatis indulta quibusvis concessa, ea aliquando tamen cessare contingit: veluti si primò non extenduntur ad illa bona prædiaque, quæ dum antea collectis cujusdam universitatis fuerunt supposita, privilegiatis istiusmodi personis post obvenerunt. Exemplum de bonis Ecclesiæ addictis Ecclesiasticisq; concessis, est in *N. 37. It. R. I. ann. 1542. §. Damit auch.* De possessionibus à domo Augusta comparatis *l. 8. C. de exactor. trib. junct. l. 5. in f. C. de agricol. & censit.* rationem addit *l. 8. C. de SS. Eccles.* ne scilicet gravamine tributorum Respub. ecclesiastici nominis abusione add. vel quacunq; alterius conditionis præensione lædatur, neve onus aliorum alios gravet collatores, contra ac fieri debet *per l. 1. & 5. C. de censib. l. un. C. ut nullus ex vican.* cui ad stipulatur regula illa: sine censu vel reliquis, puta oneribus publicis, fundum comparari non posse *t. t. C. sine censu vel reliquis.* Quæ tamen regula vel propositio ita videtur limitada, quatenus vel universitas in

remittuntur quoq; certæ tributæ species

Cessant privilegia in bonis antequam ad privilegiatum perveniunt censui suppositis.

G

exem-



exemptionem hanc non consenserit, quod consensu & pacto quilibet sibi præjudicare possit; vel levamen illud alios non oneret: quod fieri potest, si v. g. superior de consuetis tributis universitati remittat, vel alia ratione damnum hoc ita compenset, ut se non sentiant deterioris conditionis factos collatores cæteri.

Sicuti e-
contra
privilegiam rei
ad alios
non im-
munes
transit.

LXXXIX. Quemadmodum verò possessio aliqua onusta, in privilegiatos incidens, onere non eximitur, ita vice versa nequibus concessa immunitas intercidit, etiamsi ad personas alias tributarias transeat, *per l. 3. in fin. de censib.* ubi rebus concessa immunitas nunquam extingui dicitur. quod eum quoque videtur complecti casum, ubi alicui ob merita, solum sive possessio quedam ab oneribus publicis antea libera, immunis concessa est, ex ratione, quod hujusmodi beneficia plenissimè sint interpretanda *l. 3. de constit. princip. l. 2. C. de bonis vacant.* non autem satis plenam ejusmodi beneficium interpretationem reciperet, si vel ad hæredes id non transiret, vel si is, qui nactus est possessionem illam, eandem non posset æquè pretiosam in alium transferre ac penes se est: Accedit quod nullius hic versetur præjudicium, dum res præsupponitur ab oneribus antea immunis fuisse, & quod alias juris sit, privilegia rei vel causæ, cujusmodi hoc est, ipsam scilicet rem simul cum persona immunitate afficiens, ad hæredes & successores transire, ac aliis etiam prodesse *l. 68. §. 196. de R. I. l. 7. §. 1. de except.*

ubi o-
pera col-
latoris u-
sui infer-
wientia
extru-
da aut
reparan-
da sunt,

XC Cessat deinde hæc ab intributione immunitas, ubi in specie impensæ colliguntur iis rebus operibusve, quorum & constructio & conservatio possessoribus ratione possessionum suarum æquè atque cæteris profutura est, qualis v. g. instructio est itinerum pontiumque, ad quam divinæ etiam domus & venerabiles Ecclesiæ *l. 7. C. de SS. Eccles.* It. Emphyteuticarii possessores, qui beneficio principis ad extraordinaria alias minimè devocantur, munera *l. 1. C. de collat. fundorum patrim.* adstringuntur. simile judicium esto de aliis, quæ in commune omnibus profutura sunt, operibus *per verb. fin. d. l. 1. C. de collat. fund. patr.* v. g. de templis, foris, portis, muris, vallis &c. nisi privilegium latitudine sua hæc etiam complectatur.

In ne-
cessitatibus pu-
blicis

XCI. Nec ab iis collectis, quæ necessitatis publicæ causa
extra-

extra ordinem indicuntur, ulla immunitatis privilegia quenquam defendunt *l. 1. §. t. t. C. de quib. muner. nemin. lic. se excus. s. adversus X. de immun. Eccles. R. I. ann. 1594. §. Demnach sollen.* sicuti nec ab aliis ejusmodi muneribus *l. 11. §. 2. l. 14. §. 6. de munerib.* Nisi illud forte largiendum sit, ab hisce extra ordinem in publicis necessitatibus indictis tributis immunitatem in specie & expressè posse concedi, idque tantò majori æquitate, si opera liberatorum collationibus aliorum exæquari possit *arg. §. 2. l. de societ. l. 29. ff. l. 1. C. eod.* Necessitatem autem hic intelligo non, quamvis utilitatem publicam, prout hæc vox in nonnullis textibus juris usurpatur, *ut l. fin. C. de his quæ ex publ. coll. ill. non usurp. l. 10. C. de annon. §. trib. l. 2. C. de privil. dom. August.* Sed eam quæ rempub. ejusque statum urget, cujusque neglectu, publica incolumitas salusque maximoperè periclitatur; dijudicandam videlicet ab iis, qui clavo reipub. cum superioritate aliqua independenti adsident. Talis necessitas ante hac belli turcici fuit, cujus causâ, in Recessib. Imperii nostri, toties universales collectæ, cum omni privilegiorum suspensione ac remotione, injunguntur, *veluti ann. 1495. pr. 1500. 1542. §. und nemlich sollen / §. Es sollen auch alle ann. 1544. §. Und nemlich sollen / 1603. §. Nachdeme / 1613. §. Nachdeme* nun aliisque locis compluribus. Simile est in *l. 1. C. de quib. munerib. nem. lic. se excus.* ubi ob necessitates Illyricanas nullum, sub quoopiam privilegii velamento, cessare oportere censent Imp. quin hujusmodi collationi succumbat, & quo minus sarcina à summis ad infimos usq; decurrat. imò in genere si propter expeditiones bellicas indictio fuerit facta, omnium privilegia ac immunitates cessare jubentur *l. 2. d. t.*

XCII. Talis igitur repentinæ necessitatis sarcina, cum neque legem habeat, neq; pactis ab ea quisquam liberari possit *R. I. ann. 1594. §. Demnach sollen.* imò in vacuitatis rescripto excipienda sit *per l. 19. C. de decur.* citra ullam exceptionem omnes onerantur & ab omnibus indifferenter agnoscenda est; ita ut non profana tantum, sed & sacra Ecclesiarum bona hujusmodi tributis subiecta sint *l. 5. 7. 10. §. 11. C. de SS. E. cles. l. 2. C. ut nemin. liceat. in empt. specier. se excus. c. si tributum 27. c. 11. q. 1.* Et ipsi clerici licet à no-

in quibus
citra ex-
ceptionē
omnes
cōferre
debent

Etiā Ec-
clesiæ &
clerici

vis atq; extraordinariis collationibus regulariter immunes habean-

beantur l. 1. & 2. C. de Episcop. & Cler. in necessitatibus hisce minime excusari debeant per c. tributum 22. c. 23. q. 8. per q. R. Imp. de an. 1544. §. Und zu diese[m] & seqq. 1566. §. Die weil nun diese/te. idq; non immeritò, quod æquè ac laici, subditi potestatis temporalis & membra civilis societatis, cujus & tranquillitatis & periculi participes sunt, existant p. c. 13. ad Rom. act. 16. v. 25. 30. 37. ejusq; adeò legibus ac statutis obtemperare c. 9. dist. 8. c. 28. c. 9. q. 1. arg. l. 7. C. de incol. l. 7. ad munic. Et t. C. de Episc. & Cler. in quo complures reperire licet leges iisdem à civili potestate præscriptas, add. N. 6. imò corporali etiam ministerio ejusdem defensionis advigilare c. 2. X. de mun. Eccl. debeant.

XCIII. Cui non obstare potest reverentia illa, quam canones sacerdotibus à laicis exhiberi volunt c. 41. c. 9. q. 1. uti nec dispositio illa canonica, qua clerici una cum fortunis suis jurisdictioni magistratus secularis eximuntur c. si Imperator 11. dist. 96. c. nullus 3. c. 11. q. 1. c. perpendimus 23. de sent. excom. imò laici expressè prohibentur collectare clericos c. 1. & c. clericis 3. de immun. Eccl. in 6. pmissione saltem factà Episcopis, uti, si unà cum clericis necessitatē perspexerint, ad consultationem Pōtificis ejusq; ex concessione subsidia cōferant c. 4. 7. X. de imm. Eccl. & etiam hodie à devotione quorundam principum de facto magis, quam ex necessitate juris observari videmus, dum clericos, etiam in extremis suis, non nisi per indultum pontificium collectare satagunt. Hisce dico non obstantibus clerici in Reipub. necessitatibus per rationes paulo ante adductas à superiori potestate recte collectabuntur. neque enim reverentia clericis debita eos à subjectione seculari eximit, aut obligatione, quā Reip. tanquam membra, ejusdemq; salutis participes, obstricti sunt, exsolvit: Quod autem per d. canones jurisdictioni atq; collectationi laicorum iidem eximantur, dicendum est, hoc vel intelligi de eo quod regulare est, nec ad extraordinarias illas necessitates extendi oportere, vel etiam ambitioni Pontificum hujusmodi canones adscribendos, & quasi cum majestate & rerumpub. fundamentis pugnantes non esse attendendos; prout etiam non tantum ab omnibus illis, quos curiæ Romanæ abusus ad discessum à pontificia secta impulit, sed & ab ipsis quibusdam pontificiæ religionis potestatibus haud attenduntur.

XCIV. Sed

XCIV. Sed hæc de causis privilegia immunitatis cessare
facientibus attigisse sufficiant, superest ut annectatur, unde ista
immunitates cuiq; obveniant, Id quod duplici modo videtur ob
tingere, concessione sc. & occupatione; Concessio fit vel à lege
vel à magistratu: à lege, puta ubi certo personarum generi, sive ob
merita in repub. sive ob alias etiam causas, immunitas ipso ju-
re tributa est, cujus generis exempla & species recensentur supra
th. 84. & seqq. Magistratus autem qui jus concedendi immunitatem
à tributis habent, iidem sunt, quos jus habere dictum est eadē
indicendi, non alii: ne jus atq; potestas illorum frustranea sit fu-
tura, si effectus atq; executio istius, arbitrio aliorum, indictionē
immunitatis indultu retudentium, sit exposita.

XCIV. Quoniam autem qui indicunt, illi sunt, penes
quos propria est civili societati imperandi potestas, iisdem etiam
jus largiendi vacationes rectè tribuitur: idq; vel eâ planè ratione
illis propriè competit, quod immunitas ab oneribus publicis
concessa inter præmia publica maximè referenda sit, premiis autē
publicis merita civium remunerare illis ferè competat, qui & po-
testatem in publica habent, & quorum iudicio actiones civium
dijudicandæ veniunt. Horum igitur iudicio sive unus sive plu-
res sint, penes quos momentum rerum existit, meritò acquiesci-
mus, imprimis si veræ probatæque causæ vacationi concessæ ad-
notentur, per l. ii. in fin. de vacat. mun. l. un. C. de his quæ à princ.
vacat accep. eamque ex vera scientia ac deliberata voluntate, mo-
tuque proprio superioris indultam esse constet, arg. l. i. C. de petit.
bon sublat. c. si motu 23. de præbend. in 6. Quinimò in Monarchia
Romana sacrilegii instar fuisse apparet, divinis obviare benefi-
ciis l. 5. C. de divers. rescript. vel saltem disputare de principali ju-
dicio, aut dubitare, an dignum esset, quod elegisset Imperator l. 3
C. de crimin. sacrileg. neque refert, si aliis molestiam atque incom-
modum aliquod ex rescripto ejusmodi persentiscunt, arg. l. 2. §.
16. ne quid in loc. pub. l. 2. C. de precib. Imp. off. c. in memoriam 3.
dist. 19. Utcunq; alias moris non sit principi, in cujusquam in-
juriam beneficia tribuere, l. 4. C. de emancip. l. 3. C. unde vi. & si
quæ per obreptionem contra juris communis regulas, sive adver-
sus utilitatem publicam, sive in præjudicium tertii impetrata sint

Immuni-
tas uni-
cuiq; ob-
venit ex
cōcessio-
ne legis

Magi-
stratus



privilegia ac rescripta, nullum soleant habere valorem *per l. fin. C. si contr. jus vel util. publ. l. 7. C. de precib. Imp. off. c. 15. c. 25. q. 2. addat. l. 3. C. de rescind. vend. l. 12. de rei vend.* prout hoc in specie de vectigalibus *l. 12. C. de vectigal.* deque tributis, *l. 7. C. de annon. & trib.* sancitur.

XCVI. Quam verò potestatem in concedenda immunitate ista à tributis universali reip. pendendis, majestatico competere imperio dictum est; eandem etiam in collectis municipalibus superioritati municipali competere ex rationis paritate dicendum est: *fac. l. 8. §. 3. de vacat. mun. l. un. C. de vac. pub. mun.* Tantum municipali consilio potestas concedendæ immunitatis à tributis Imperii aut reipub. universæ haud indulgenda temere est, ne propter dispositionem privatorum, quorum loco in respectu Reipub. municipia similesque status habentur *l. 16. de V. S.* detrimentum patiatur causa publica *l. 38. de pact.* nisi id citra hujus præjudicium fiat, cæteris fortè onus concivium subeuntibus, quod citra læsionem alterius alteri benefacere libertatis sit naturalis.

XCVII. Quod autem præter illos, qui consilium Reip. constituunt, nemini penitus de civitate, adeoq; nec ulli magistratui propriè dicto jus sit suis auspiciis quenquam à communi in tributione vel in totum vel quoad partem eximere, probat etiam *l. 4. & fin. C. de annon. & trib. l. fin. §. 2. de publ.* Imò in magistratibus, cum Rerumpub. sint administratores, hæc præterea, quæ vetat, reperitur ratio; quod remissio isthæc, immunitatisq; cōcessio, alienationem sapiat; alienandi verò facultatem administratoribus rerum ad alios, etiam privatos, *l. 1. §. 1. quæ res pign. vel hypoth. obl. l. 7. §. 1. quib. mod. pign. solv. l. 28, §. 2. de pact.* ne dicam ad Cæsarem vel Rempub, *l. 1. §. 1. de offic. procur. Cæs.* pertinentium, juris ratio inhibeat. Sed etsi ærarii rationes salvas contineant, exigendo à cæteris, quod aliis remiserint, ne id quidem, propter summam census æquitatem citra gravissimam animadversionem licebit *l. 5. & 6. C. de censib.* Tantum de concessione & personis immunitatem tributorum concedentibus.

Præferi-
tione.

XCVIII. Modus vero vacationem isthanc legitimè, i. e. ex permisso legum, occupandi, diuturna hic dari potest usurpatio sive præscriptio; non quidem temporis 30 vel 40 annorum, quò

quò pleraque alia præscribuntur jura, quia contra rempub. ejus-
 modi præscriptio non currit, *l. 6. de præscript. 30 vel 40 ann.* Sed
 temporis immemorialis, utpote quod hæc demum vim confue-
 tudinis ac juris constituti habeat, *l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arcend.*
l. 3. §. ductus. de aqua quorid. disertè in R. I. ann. 1584. §. und sel un-
fer §. wenn auch §. aber die ausgezogene & seqq. ann. 1576. §. aber die
ausgezogen & seq. arg. l. fin. C. de SS. Eccles. quamvis tamen ne hæc
 quidem præscriptio in collectis quæ extra ordinem in casu ne-
 cessitatis præstandæ sunt, locum habere potest, tum ob summam
 obligationem, qua unusquisq; Reipubl. necessitati citra omnem
 exceptionem, obstrictus est, per adducta th. 91. tum ob ipsam ne-
 cessitatis indolem, quæ omnis legis privilegiique ignara est.
 Ex adverso autem ipsum jus collectandi quod attinet, illud ordi-
 nariis longi temporis præscriptionis terminis acquiri rectius sta-
 tuitur per *l. 2. C. de servitut. & aqua. l. 12. in fin. C. de long. temp.*
præscript.

XCIX. Si in controversiam incidit jus collectandi, par-
 tibus id sibi mutuo adferentibus & negantibus, ita ut judiciò res
 dirimenda vaniat, quoniam de genere hoc est rerum incorpora-
 lium, eandem facultatem persequendi hic esse dicendum erit,
 quæ in aliis juribus rebusq; incorporalibus usitata est: faculta-
 tem nimirum tuendi sibi judiciariâ persequutione & possessio-
 nem & proprietatem. Possessionem; implorando officium ju-
 dicis, ut is, justitiâ possessionis quam recenset *l. 1. ff. uti possid.* sum-
 mariè cognitâ, uti possident ita possidere interdicit per *l. fin. uti*
possid. l. 8. §. 5. in fin. si servet vindic. c. licet 9. X. de probat. §. fin. I.
de interdicit. l. 3. C. eod. idque ad obtinenda commoda possessio-
 nis, *d. l. 1. §. 3.* quæ sunt, onus petendi probandiq; à sese amotum,
 in adversarium petito rem transtulisse, *d. l. 1. §. 3. l. 3. C. eod. l. 35.*
de acquirend. possess. & interea dum de proprietate & competen-
 tia rei litigatur, quod sæpius in longum protrahitur, re possessâ
 pacatè frui, *d. l. 1. pr. §. 3. & 6 eod.* Proprietatem verò hujus juris,
 vel etiam libertatem ab hoc onere, ad similitudinem actionis
 confessoriæ & negatoriæ quæ appellatur *§. 2. l. de actionib.* partes
 sibi vindicabunt, *arg. l. 2. pr. si serv. vindic.* adferentes nimirum
 jus sibi alterive esse vel non esse collectandi, vel etiam libertatem
 à col-

Quæ cõ-
 troverfi-
 hujus ju-
 ris per-
 secutio
 judicia-
 lis.

â collectis sibi alterive competere. Cæterùm ordo, quo utraq; hæc judicia proponi debeant, non usque quaque definitus est; nam etsi plerumq; expeditius sit præmittere possessorium, per rationes jam adductas, attamen nec est quod impedit, post petitorium jam institutum, idem adhuc intentari *l. 12. §. 1. de acquir. poss.* vel utraque etiam conjungi judicia *Dd. in d. l.*

C. Hæc sunt, quæ de tributorum ratione ex solò penè Civili Romanò, Canonicò, & novissimis Imperii nostri Romano-Germanici universalibus juribus colligere aliquando libuit, & ordine modoque quo spectantur, casu ita ferente nunc exhibere: neglectis ferè simpliciter, ne modum publicè discutiendæ disputationis excederem, tum approbationibus, tum monitis reliquis eorum, quos magnò numero pro more passim adducere licuisset, Doctorum, materiæq; hujus ejusdemq; juriæ Interpretū; quos, qui de hoc themate tractatus cupit, ultrò adire sataget, reperturus, qui vel singulari ducti propositò, hoc caput tractandum sumpserunt, vel per certa majorum suorum operum loca id exhibent, vel etiam passim pro re nata ejus mentionem faciunt. Ex illo genere labores sunt Petri de Ubaldis, Boceri, Christophori Winzleri, Feltarij, Item sub nomine Responsi, Marpurgensium Jctorum, inscripti omnes: *de collectis*. Opus absolutissimum Klockii *de Contributionibus*. Joh. Wilt Rövenstrunck *Rechtliches Bedencken von Anlagen*. Joh. Faust ab Aschaffenburgk *Consil. pro ærario*. Autor der kurzen Erlæuterung von nothwendiger Gleichheit in Krenß-Contributionen. Wesebec. *Cynof. Lyturg. de subsid. necess. publ. ferend & alii*. Ex hoc verò genere, ut & ex isto pene habebis innumeros: in quorum præcipuis est Sixtinus *de Regalibus*. Ægydius Thomatus, Item Georgius Mundius, *de muneribus patrimonialibus*. Paurmeisterus. It Stephani *de Jurisdictione*. Knichen. *de jure territor.* Lyphius *de Magnitudine Romana*. Gailius, Molina, Lymneus. Lhemannus, Reinkingius, Carpzovius, Dn. Richterus Prætes modo meus, alijque, quos unus atque alter ex posterioribus his lectus indicabit affatim. DEUS Opt. Max. autor omnis boni, pace quam patriæ dulcissimæ cepit porrigere, stabiliat; iniqua autem quævis tributa & reliqua injusta onera omnia â finibus nostris arcessat. CUI SOLI SIT LAUS, HONOR ET GLORIA IN SEMPITERNA SECULA.


DA A 6620

ULB Halle 3
002 937 557



EL DA





B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8.

V. J.

NO JURIDICA
URALIS
E

UTIS,

nam
RANTE GRATIA
et auctoritate
simi Jctorum Ordinis
ensi Academia
RÆSIDIO
obilissimi atq; Consultissimi
PHORI PHILIPPI
nit. Palat. Cæsar. Codicis
axonici, Facultatis Juridicæ Se-
binatus Adfessoris, celeberrimi, emi-
Promotoris ac Patroni sui
ter colendi,
pro
ENTIA
E JURE Nobilis Docturæ
nores, Privilegia & Insignia,
ritè consequendi,
amini submittit
ULIUS CHOPIUS
RG. SAXO.
Auditorio Juridico
rvatore M DC LI.
uarii, horis solitis

US SENGENWALD.

